

Cod. MS. K. B. 39. 4⁴⁰

Folium lxiij decoct.

A.

Tril





In hoc uolumine continentur infrascripte vite b3j log9 1

Vita Milciadis .	i
Vita temistoclis .	v
Vita aristidis .	viii .
Vita pausanie .	x
Vita cumonis .	xii .
Vita lisandri .	xiiii .
Vita alcibiadis .	xv .
Vita trasibuli .	xx .
Vita conon .	xxii .
Vita dion .	xxiiii .
Vita ipicranis .	xxviii .
Vita chabrie .	xxxiiii .
Vita timothei .	xxxv .
Vita dathamel .	xxxvii .
Vita epaminunde .	xxxviii .
Vita pelopide .	xxxix .
Vita agelilai .	xl .
Vita cimenis .	xli .
Vita phocionis .	li .
Vita thimoleonis .	liii .
Vita hannibalis .	lv .
Vita hannibalil .	lvii .

folio

finis

Emilius probi de excellentibus ducibus externa-
rum gentium . incipit feliciter . Prologus



NON DVBITO FORE PLEROSO

Actice qui hoc genus scripture leue &
non satis dignum summorum uirorum p-
sonis iudicent . Cum relatum legent quis
musicam docuerit . Epaminundam aut in
eius uirtutibus commemorari saltasse eum

Epaminundus doctus
musice

commode scienterq; tibiis cantasse . Sed hi erunt fere
qui expertes litterarum grecarum nihil rectum nisi quod
ipsorum moribus conueniat . putabunt . hi si didicerint
non eadem omnibus esse honesta atq; turpia . sed omnia
maiorum institutis iudicari non admirabuntur . nos in gra-
uorum uirtutibus exponendis mores eorum secutos . Neq;
enim cimoni fuit turpe atheniensium summo uiro foro
rem germanam habere in matrimonio . quippe cum ciues
eius eodem uterentur instituto . At id quidem nostris mo-
ribus nefas habetur . Laudi in grecia ducitur adolescen-
tulis q; plurimos habere amatores . Nulla lacedemoni ta-
est nobilis uidua . que non ad scenam eat . mercede codu-
cta . Magnis in laudibus tota fere grecia fuit uictorem ob-
pie citari . In scenam uero prodire & populo esse spectacu-
lo . nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini . que
omnia apud nos partim infamia . partim humilia . atq;
ab honestate remota ponuntur . Contra ea pleraq; nris

Cimoni no tuze ap-
tes germana i qd
habe

nos lacedemonios



moribus sunt decora que apud illos turpia putantur.
quem enim romanorum pudet uxorem ducere in con-
uiuium. Aut cuius non mater familias primum locum
tenet edium atq; in celebritate uersatum. Quod multo fit
aliter in grecia. Nam neq; in conuiuium adhibetur nisi
propinquorum. neq; sedet nisi in interiore parte edium
que Gynaeconiis appellatur quo nemo accedit nisi
propinqua cognatione coniunctus. Sed hec plura per-
sequi magnitudo uoluminis prohibet. tum festinatio
ut ea explicem que excorsus sum. Quare ad propositum
ueniemus. & in hoc exponemus libro de uita excellen-
tium imperatorum.

Vita milciadis.

Milciades Cymonis filius atheniensis cum & antiqui-
tate generis & gloria maiorum & sua modestia
unus omnium maxime floureret. eaq; esset etate ut
iam non solum de eo bene sperare. sed etiam confidere
ciues possent sui talem futurum. qualem cognitum. iu-
dicarunt. Accidit ut Athenienses Chersonesum colonos
uellent mutare. cuius generis cum magnus numerus
esset. & multi eius demigrationis peterent societatem.
ex his delecti delphos deliberatum missi sunt. qui consu-
lerent apollinem quo potissimum duce uterentur. Nam
tum thraces eas regiones tenebant. cum quibus armis
erat dimicandum. his consulentibus nominatum pythia
precepit. ut Milciadem imperatorem sibi summeret

id si fecissent incepta prospera futura. hoc oraculi respo-
so Milciades cum delecta manu classe chersonesum p-
fectus cum accessisset lemnium & incolas eius insule sub
potestate redigere uellet athenensium. idq; lemnii sua
sponte facerent. postulasset. illi irridentes responderunt.
Tum id se facturos cum ille domo nauibus proficiscens
uento aquilone uenisset lemnium. hic enim uentus a
septentrionibus oriens aduersum tenet athenis profici-
scentibus Milciades morandi tempus non habens cursu
direxit. quo tendebat. perueniq; chersonesum. Ibi bre-
ui tempore barbarorum copiis disiectis. tota regione qua
penerat. potius loca castellis idonea communiuit. Mul-
titudinem quam secum duxerat. in agris collocauit.
crebrisq; excursionibus locupletauit. Neq; minus in eare
prudencia que felicitate adiuuus est. Nam cum uirtute
multum hostium deuicisset exercitus. summa equitate
res constituit. atq; ipse ibidem manere decreuit. Erat
inter eos dignitate regia quamuis carebat nomine. neq;
id magis imperio q; iustitia consecutus. Neq; eo setius
atheniensibus aut quibus cum erat profectus officia pre-
stabat. quibus rebus fiebat ut non minus eorum uolun-
tate perpetuo imperium obtineret. qui miserant. q;
illorum cum quibus erat profectus. chersoneso tali mo-
constituta lemnium reuertitur. Et ex pacto postulat
ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant cum uento
borrea domo profectus eo peruenisset. se se dedituros

de autem domum Chersonessi habere. Chares qui tum
Lemnum incolebant. & si preter opinionem res ceciderat.
tamen non dicto. sed secunda fortuna aduersariorum ca-
pti resistere ausi non sunt. Atq; ex insula demigrarunt
pari felicitate ceteras insulas que Cyclades nominantur
sub athenensium potestatem redegit. Eisdem temporib;
no persarum rex Darius ex Asia in Europam exercitum tra-
iecto Scythis bellum inferre decreuit. Pontem fecit in
hystro flumine quo copias traduceret. Eius pontis dum
ipse abesset custodes reliquit principes quos secum ex so-
nia & Colide duxerat quibus singulis ipsarum urbium
perpetua dederat imperia. Sic enim facillime putauit
se Grecia lingua loquentes qui Asiam incolerent sub sua
retenturum potestate. si amicis suis opida tuenda tra-
didisset quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueret.
In hoc numero fuit Myciades cui illa custodia crederet.
hic cum crebri afferrent nuntii male rem gerere Da-
rium premiq; a Scythis. Myciades hortatus est pontis
custodes ne a fortuna datam occasionem liberande Gre-
cie dimitterent. Nam si cum his copiis qual secum transpo-
tauerat interisset Darius non solum Europam fore tutam
sed etiam eos qui Asiam incolerent Greci genere liberos
a persarum futuris dominatione & periculo. Et facile
affici posse. Ponte enim rescisso regem uel hostium ferro
uel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium
cum pleriq; accederent hosticus Milesius ne res conficerent

160
obstat. dicens non idem ipsis qui summas imperii tene-
rent expedire. & multitudini qd Darii regno ipsorum
niteretur dominatio. Quo extincto ipsos potestate expul-
sos cuius suis penas daturus. Itaq; adeo se sic abhorre-
re a ceterorum consilio ut nihil putet ipsis utilius qd confir-
mari regnum persarum. huius cum sententiam plurimi
essent secuti. Myciades non dubitans tam multis consiliis
ad regis aures consilia sua peruentura. Chersonessum re-
liquit ac rursus demigrauit Athenas. cuius ratio & si
non ualuit tamen magnopere est laudanda cum ami-
citur omnium libertati qd sue fuerit dominationi. Dari-
us autem cum ex Europa in Asiam redisset hortantibus ami-
cis. ut Greciam redigeret in suam potestatem classem qu-
gentarum nauium comparauit. eiq; Dathym prefecit.
Et Arthafernē hisq; ducenta peditum decem milia equi-
tum dedit. causam interserens se hostem esse Athenien-
sibus. qd eorum auxilio Iones Sardis expugnassent suaq;
presidia interfecissent. Illi prefecta regii classe Eubeam
appulla celeriter Eritriam ceperunt omnesq; eius gentis
ciues abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Athi-
cam accesserunt & suas copias in campum Marathona
deduxerunt. Is est ab opido circiter milia passuum de-
cem. hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamq;
magno permoti auxilium nusquam nisi a Lacedemoniis
petiuerunt. Philippumq; cursorem eius generis qui
uocantur Lacedemonem miserunt

ut nuntiaret q̄ celeri opus esset auxilio. Domi autem
creati pretores qui exercitui praessent in eis Mylciades
inter quos magna fuit contentio utrum moribus de-
fenderent an obuiam irent hostibus acieq. decerneret
Vnus Mylciades maxime nitetur ut primo quoq.
quoq. tempore castra fierent. Id si factum esset &
ciuib. animum accessurum cum uiderent de eorū
uirtute non desperari. Et hostes eadem de re fore tar-
diores si animaduertent audere aduersus se tam
exiguis copiis dimicare. hoc in tempore nulla ciuitas
atheniensibus auxilio fuit preter plateenses ea mille
militum. Itaq. hominum aduentu decem milia
armatorum completa sunt que manus mirabili fla-
grabat pugnandi cupiditate. Quo factum est ut plus
q̄ college Mylciades ualuerit. Eius auctoritate imp̄si
athenienses copias extra urbem eduxerunt locoq. &
idoneo castra fecerunt. Deinde postera submotis radi-
cibus acie e regione instructa noua arte ut summa
prelium commiserunt. Namq. arbores multis locis
erant rare hoc consilio ut & montium teperentur
altitudine & arborum tractu equitatus hostium im-
pediretur ne multitudine clauderentur. Datis & si
non equum locum uidebat suis: tamen fretus numero
copiarum suarum confligere cupiebat. Eoq. magis q̄
prius q̄ lacedemonii subsidio uenirent dimicare uile
arbitrabatur. Itaq. in aciem peditum centum equitum

111
decem milia produxit preliumq. commisit. In quo tāto
plus uirtute ualuerunt athenienses ut decem plerum
numerum hostium profligauerint. Adeoq. perterritue-
runt ut ple non castra sed naues petierint. Quia pug-
nihil est adhuc nobilius. Nulla enim unquam tam
exigua manus tantas opes prostravit. Cuius uictorie
non alienum uidetur quale premium mylciadi sit
tributum docere. Quo facilius intelligi possit eandē
omnium ciuitatum esse naturam. Ut enim populi nri
honores condam fuerunt rari & tenues ob eamq. cām
gloriosi: nunc autem effusi atq. obsoleti. Sic olim ap̄d
athenienses fuisse reperimus. Namq. huic Mylciadi q̄
athenas totamq. greciam liberarat talis honor tributus
est. In porticu que poeile uocatur. cum pugna de-
pingeretur matrimonia ut indecem pretorum nume-
ro prima eius imago poneretur. usq. hortaretur milites
preliumq. committeret. Idem ille populus postea q̄ ma-
ius imperium est nactus & largitione magistratum
corruptus est trecentis statuas. Demetrio phalerio
decernit. Post hoc prelium classem septuaginta na-
uium athenienses eidem Mylciadi dederunt ut in-
sulas que barbaros adiuuerant: bello persequeretur
quo imperio plerasq. ad officium redire coegit non
nullas ut expugnauit. Ex his parum insulam opibus
elatum cum oratione reconciliare non posset. copias
eduxit. Urbem operibus clausit. omniq. comiteatu

pruauit. Deinde uinea & testudinibus constituit pro-
pius in iuros accessit. cum iam in eo esset ut opido po-
taretur procul in continenti lucus qui ex insula conspi-
ciebatur nescio quo casu nocturno tempore incensus est.
Cuius flamma ut ab opidanis & oppugnatoribus est
uisa utrisque uenit in opinionem signum a classiaris re-
gis datum. quo factum est ut & parii a deditione de-
tererentur. & Mylciades timens ne classis regia aduenta-
ret incensis operibus que statuerat cum totidem na-
uibus atque erat profectus athenas magna cum offen-
sione cunum suorum rediret. Accusatus ergo produ-
tionis quod cum parum expugnare posset a rege corru-
ptus infectis rebus a rege discessisset. Eo tempore eger-
erat uulneribus que in oppugnando opido acceperat
itaque quoniam pro se dicere non posset uerba fecit fr-
eius Isagoras. causa cognita capitis absolutus pecunia
multatus est eaque talis quinquaginta talentis estimata
est. quantum in classes sumptus factus est erat. hanc pe-
cuniam quod soluere in presentia non poterat in uicla
publica comectus est. Ibique diem obiit supremum. hic
& si crimine pario est accusatus. tamen alia causa fuit
damnationis. Namque athenienses propter pilistrati ti-
rannidem que paucis annis ante fuerat omnium ciuium
suorum potentiam extimescebant Mylciades multum
imperii magnisque uersatus non uidebatur posse esse pri-
uatus. presertim cum consuetudine ad imperii cupiditate

v
trahi uideretur. Nam Chersonessi omnes illos quos ha-
bitauerat annos perpetuum obtinuerat dominationem
tirannusque fuerat appellatus. Sed iustus. Non erat. n-
ui consecutus. sed suorum uoluntate. eamque potestatem
bonitate retinebat. Omnes autem & dicuntur & habent
tiranni qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate que
libertate usata est. Sed in Mylciade cum summa huma-
nitas tum mira comitas ut nemo tam humilis esset. cui
non ad eum aditus pateret. Magna auctoritas apud om-
nes ciuitates nobile nomen laus rei militaris maxima.
hec populus respiciens maluit eum innocuum plecti.
quod se diuinus esse in timore

Vita Themistoclis

Themistocles Neocles filius atheniensis huius uitae in-
euntis adolescentie magnis sunt emendata uirtutibus.
Ad eo ut anteferatur hinc nemo. pauci pares putentur.
sed ab initio est ordiendum. Pater eius Neocles genero-
sus fuit. is uxorem acharnanam cuiem duxit ex qua
natus est Themistocles. qui cum minus esset probatus pa-
rentibus quod & liberius uiuebat. & rem familiarem ne-
gligebat a patre exheredatus est. Que contumelia non
fregit eum. sed erexit. Nam cum iudicasset sine summa
industria non posse eam extinguere totum se dedit rei. p-
diligentius amicis fameque seruiens multum in iudiciis
priuatis uersabatur. sepe in contentionem populi prodi-
bat nulla res maior sine illo gerebatur celeriter que op-

erant reperiebat. Neq; minus in rebus gerendis, pmp^o
q̄ excogitandis erat. Quod & de instantibus ut ait Tu-
cydides uerissime iudicabat & de futuris callidissime
coniiciebat. Quo factum est: ut breui tempore illustra-
retur. Primus autem gradus capessende rei. p. bello
coreyreo ad quod gerendum pretor a populo factus
non solum presenti bello: sed etiam reliquo tempore
feraciorē reddidit ciuitatem. Nam cum pecunia
publica que ex metallis redibat largitione magistra-
tuum quotannis interiret ille persuasit populo ut
ea pecunia classis centum nauium hēdificaretur que
celeriter effecta primum coreyros fregit. Deinde
maritimos predones confectando mare tutum reddidit
in quo tum diuuis ornauit: tum etiam peritissimos
belli naualis fecit athenienses. Id quante saluti fuerit
uniuerse grecie bello cognitum est persico. Nam cū
Xerxes & mari & terra bellum uniuerse inferret
europē cum tantis copiis uenit quantas neq; ante neq;
postea habuit quisquam. huius enim classis mille &
ducentarum nauium longarum fuit quā duo milia
onerariam sequebantur. Terrestris autem exercitus
septingenta decem milia peditum equitum quadrin-
genta milia fuerunt. cuius de aduentu cum fama in
greciam esset perlata & maxime Athenienses peti-
dicerentur propter pugnam maratoniā miserant
delphos consultum quidnam facerent de rebus suis

Xerxes

VI
Deliberantibus phitia respondit: ut membris ligneis
se munirent. Id responsum quo uaderet: cum intelli-
geret nemo Themistocles persuasit consilium esse apol-
linis ut in naues se suaq; conferrent. Et enim a deo si-
gnificari murum ligneum tali consilio probato addūt
ad superiores totidem naues triremes suaq; omnia que
moueri poterant: partim Salamina partim Troezena
asportant arcem sacerdotibus paucisq; maioribus na-
tu ac sacra procuranda tradunt: reliquum opidum re-
linquunt. huius consilium plerisq; ciuitatibus displicebat
& terra dimicari magis placebat. Itaq; missi sunt de-
leda cum Leonida duce (acedemoniorum rege) qui
Themophilas occuparent: longiusq; progredi barba-
ros non paterentur: hi uim hostium non sustinuerunt
eoq; loco omnes interierunt. At classis communis
grecie trecentarum nauium in qua ducente erant
atheniensium primum apud Arthemisium iter
euboeam continentemq; terram cum classariis regis
conflixit. Angustias enim Themistocles querebat ne
multitudine circuiretur hic & si pari prelio disces-
serant: tamen eodem loco non sunt ausi manere q;
erat periculum ne si pars nauium aduersariorum
Eubeam superasset ancipiti premerentur periculo.
Quo factum est ut ab Artemisio discederent exad-
uersum Athenas apud Salaminam classem suam cō-
stituerent. At Xerxes Themophilis expugnatis

protinus accessit aëstium idq. nullis defendentibus interfectis sacerdotibus quos in arce inuenerat incendio deleuit. Cuius flamma perterriti classarii cum manere non auderent & plurimi hortarentur ut domos suas discederent menibusq. se defenderent. Themistocles unus restitit & uniuersos pares esse aiebat: dispersos testabatur perituros idq. Eurybiadi regi lacedæmoniorum qui tum summe imperii præerat fore affirmabat quem cum minus q̄ uellet moueret noctu deseruis suis quem habuit fidissimum ad regem misit ut ei nuntiaret suis uerbis aduersarios eius in fuga esse qui si discessissent maiore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum cum singulos insectari cogere retur. quos si statim aggredere tur breui uniuersos oppressorum. hoc eo ualebat ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur. hac re audita barbarus nihil doli subesse credens posttridie alienissimo hosti sibi loco contra oportunissimo hostibus. ad eo angusto mari conflixit: ut eius multitudo nauium explicari non potuerit. Victus est ergo magis etiam consilio Themistoclis q̄ armis grecie. hic & si male rem gesserat tamen tantas huius reliquias copiarum ut etiam his opprimere posset hostes. iterum ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles uerens ne bellare perseveraret certior eum fecit. id agi ut pons quem ille in helesponto fecerat dissolueretur. ac reditu in asiam excluderetur. Idq. ei

vii
persuasit. Itaq. qua sex mensibus iter fecerat eadem minus diebus xxx in asiam reuersus est seq. a Themistocle non superatum: sed conseruatum iudicauit. Sic unius uiri prudentia grecia liberata est europeq. succubuit Asia. hec altera uictoria que cum Marathonio possit comparari tropheo. Nam pari modo apud Salamina paucis numero nauium maximam post hominum memoriam classis est deuicta. Magnis hoc bello Themistocles fuit neq. minor in pace. Cum enim phalerio portu neq. magno neq. bono athenienses uterentur huius consilio triplex pyrei portus constitutus est isq. menibus circumdatus ut ipsam urbem dignitate equiperaret: utilitate superaret. Idem muros atheniensium restituit precipuo suo periculo. Namq. lacedæmonii causam idoneam nacti per excursionem barbarorum qua negarent oportere extra peloponnesium ullam urbem habere ne essent loca munita que hostes possiderent athenienses hedicantes prohibere sunt conati. hoc longe aliter animo spectabant atq. uideri uolebant. Athenienses enim duabus uictoriis maratonica & salamina tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti ut intelligerent de principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos q̄ infirmissimos esse uolebant postquam audierunt muros instrui legatos athenas miserunt qui id fieri uetarent his presentibus desierunt ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt hanc legationem suscepit Themistocles

& solus primo profectus est reliqui legati ut tum
exirent cum satis altitudo muri extructa uideretur
precepit interim omnes serui atq; liberi opus facerent
neq; illi loco parcerent siue sacer siue profanus siue
priuatus esset siue publicus & undiq; quod ad mu-
niendum idoneum putarent congererent quo fa-
ctum est ut Atheniensium muri ex sacellis sepul-
chrisq; constarent. Themistocles autem ut lacedemo-
nem uenit adire magistratus noluit. Et dedit operam
ut q̄ lonissime tempus duceret causam interponens
se collegas expectare cum lacedemonii quererentur
opus nihilominus fieri eumq; in ea re conari fallere
interim reliqui legati sunt consecuti. A quibus cum
audisset non multum superesse munitionis ad Eforos
lacedemoniorum accessit penes quos summum im-
perium est atq; apud eos contemnit falsa esse delata.
quare equum esse illos uiros bonos nobilesq; mittere
quibus fides adhiberetur qui rem explorarent. Inte-
rea se obsidem retinerent. Gestus ei mos tresq; legati
functi summis honoribus Athenas missi sunt cum his
collegas suos Themistocles iussit proficisci hisq; p̄chaxat
ut ne prius lacedemoniorum legatos remitterent q̄
ipse esset remissus. hos postquam Athenas peruenisse
ratus est ad magistratum senatumq; lacedemoniorum
adit & apud eos liberrime professus est. Athenien-
ses suo consilio quod communi iure gentium facere

1011
possent deosq; publicos suosq; patrios ac penates quo fa-
cilius ab hoste possent defendere muris sepsisse neq; eo
quod inutile esset grecie fecisse. Nam illorum urbem
ut propugnaculum oppositam esse barbaris apud quam
iam bis classes regias fecisse naufragium. Lacedemonio
autem male & iniuste facere qui id potius intuerent
q̄ ipsorum dominationi q̄ quod uniuerse grecie uti-
le esset. Quare si suos legatos recipere uellent quos
athenas miserant se remitterent alias alios illos nunq̄
in patriam essent recepturi. Tamen non effugit cuius
suorum mundiam. Namq; ob eundem timorem quo
damnatus erat Milciades testularum suffragiis e ciuitate
eiectus Argos habitatum concessit. hic cum propter
multas eius uirtutes magna cum dignitate uiueret
lacedemonii legatos athenas miserunt qui eum ab-
sentem accusarent. q̄ societatem cum rege persarum
ad greciam opprimendam fecisset. hoc crimine abses
proditionis damnatus est. Id ut audiuit quod non sa-
tis tutum se argis uidebat. Coreyam demigrauit. Vbi
cum eius principes animaduertisset timere ne ppter
se bellum his lacedemonii & athenienses indicerent.
Ad admetum molosorum regem cum quo ei hospitium
fuerat confugit. huc cum uenisset & in presentia rex
abses quo maiore religione se receptum tueretur +
filiam eius paruulam arripuit. Et cum ea se in sacraui
quod summa colebatur cerimonia coniecit. Inde uero

prius egressus non est q̄ rex eum data dextra infidem re-
ciperet quam prestavit. Nam cum lacedemoniis & athe-
niensibus exposceretur publice supplicem non proclit
monuit ut consuleret sibi difficile enim esset in tam pro-
pinq̄o loco tuto eum uersari. itaq̄ fidnam eum dedu-
ci iussit & quod satis esset presidii dedit. hic in nauem
omnibus ignotus nauis ascendit. que cum tempestate
maxima nauum ferretur. Vbi atheniensium tumerat
exercitus. sensit Themistocles si eo peruenisset sibi esse
pereundum. hac necessitate coactus domino nauis
qui sit aperit multa pollicens si se conseruasset. At ille
clarissimi uiri captus misericordia diem noctemq̄ pro-
cul ab insula in salo nauem tenuit in ancoris neq̄ quēq̄
ex ea exire passus est. Inde ephesum peruenit. ibiq̄
Themistoclem exponit. cui ille pro meritis postea
gratiam retulit. Scio plerosq̄ ita scripsisse Themistocle
ad Xersem regnantem in Asia transisse. Sed ego po-
tissimum Tuccitidi credo quietate proximus de his
qui illorum temporum historiam reliquerunt. Et
eiusdem ciuitatis fuit. Is autem ait ad Artaxersem
uenisse atq̄ his uerbis epistolam misisse. Themistocles
ueni ad te qui plurima mala omnium graiorum in-
domum tuam intuli. quod mihi necesse fuit. aduerso
patrem tuum bellare patriamq̄ meam defendere. idē
multo plura orsus feci. Postquam in tuto ipse & ille
in periculo esse cepit. Nam cum in asiam reuerta uellet

viii
prelio apud Salaminam facto literis eum certiore feci
id agi ut pons quem in helesponto fecerat. dissolueret
atq̄ hostibus circūretur. Quo nuntio ille periculo est libe-
ratus. Nunc autem confugi ad te exagitatus a cuncta
grecia tuam petens amicitiam. quam si ero adeptus nō
minus me bonum amicum habebis. q̄ fortem inimicum
ille expertus est. Ea autem rogo ut de his rebus quas te
cum colloqui uolo annuum mihi temporis des eoq̄ tran-
sacto ad te uenire patiaris. huius rei animi magnitudie
admirans. cupiensq̄ talem uirum sibi conciliari ueniam
dedit. Ille omnes illud tempus literis sermoniq̄ per-
sarum se dedit. quibus adeo eruditus est ut multo cōmo-
dius dicatur apud regem uerba fecisse. q̄ hi poterant q̄
in perfide erat nati. Hic cum multa regi esset pollicitus
gratissimumq̄ illud si suis uti consiliis uellet illum greciā
bello oppressurum. magnis muneribus ab artaxerse do-
natus in asiam rediit. domiciliumq̄ magnesiē sibi con-
stituit. Namq̄ hanc urbem ei rex donarat. his q̄ uerbis
que ei panem preberet ex qua regione quinquaginta
talenta quot annis redibant. Lampicum autem unde
uinum summeret Smyrnam ex qua obsonium hret.
huius ad nostram memoriam monumenta manserūt.
Duo sepulchrum prope opidum. in quo est sepultus.
Statue in foro magnesiē. de cuius morte in multis
modis apud plerosq̄ scriptum est. Sed nos cum potissi-
mum Tuccitidem auctorem probamus qui illum ait

magnetic morbo mortuum. Neq; negat fuisse famā
uenenum sua sponte sumplisse. cum se que regi de
greca obtinenda pollicuius esset prestare posse despe
raret. idē ossa eius in actica clam ab amicis sepulta. qm̄
legibus non concederetur. qđ proditionis esset damna
tus. memorie prodidit.

Vita aristidis.

Aristides Lisimachi filius atheniensis equalis fere
fuit Themistochi. itaq; cum eo de principatu con
tendit. Namq; odredarunt inter se. in his autem co
gnitum est quanto antestaret eloquentia innocentie.
Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia
ut unus post hominum memoriam quem quidem au
dierimus cognomine iustus sit appellatus. tamen a
Themistocle collabefactus testula illa ex illo decem ano
rum multatus est qui quidem cum intelligeret re pri
mi concitatam multitudinem non posse cedensq; animad
uertisset quemdam scribentem. ut patria pelleretur
quesisse ab eo dicitur quare id faceret aut quid Arista
des commisisset. cur tanta pena dignus duceretur.
cui ille respondit se ignorare Aristidem. sed sibi nō
placere. qđ ita cupide elaborasset. ut preter ceteros
iustus appellaretur. hic decem annorum legitimam
penam non pertulit. Nam postquam xerxes ingreca
descendit sexto fere anno q̄ erat expulsus plebiscito
in patriam restitutus est. Interfuit autem pugne navali

apud salaminam que facta est prius q̄ pena liberaret
Idem pretor fuit atheniensium apud plateas in prelio q̄
Mardonius filius barbarorumq; exercitus interfectus
est. Neq; illud est ullum huius in re militari illustre
factum q̄ huius imperii memoria. Iustitie vero & eq
tatis & innocentie multa. In primis qđ eius equitate
factum est. cum in communi classe esset grece simi
cum Pausania quo duce Mardonius erat fugatus ut
summa imperii maritima ab lacedemoniis transferre
tur ad athenienses. Namq; ante id tempus & mari &
terra duces erant lacedemonii. Tum autem & in te
perantia Pausanie & iustitia factum est Aristidis ut
omnes fere ciuitates grece ad atheniensium societa
tem se applicarent. & aduersus barbaros hos duces de
legerent sibi quos quo facilius repellerent. si forte bel
lum renouare conarentur ad classis hedificandas exer
citusq; comparandos quantum pecunie queq; ciuitas da
ret Aristides delectus est qui constitueret eiusq; arbitrio
quadragena sexaginta talenta quotannis delum sūt
collata. Id enim commune erarium esse uoluerunt
que omnis pecunia postero tempore Athenas translata
est. hic qua fuerit abstinentia nullum est indinum
certius q̄ cum tantis rebus prefuisset. in tanta paupertate
decessit ut quo qui efferretur uix reliquerit. Quo
factum est ut filie eius publice alerentur. Et de com
muni erario dotibus datis collocarentur. Decessit aut

fere post annum quartum quā Themistocles Athenis
erat expulsus.

Vita pausanie.

PAusanias Lacedemonius magnus homo. sed uariis
in omni genere uite fuit. Nam ut eluxit uirtuti-
bus sic uitis est obrutus. huius est illustrissimum pre-
lium apud plateas. Namq; illo duce Mardonius satra-
pes regius natione medus regis gener in primis omnium
persarum & manu fortis & consilii plenus cum ducētis
milibus peditum quos uirtim legerat & xx equitum
haud ita magna manu grecie fugatus est. eoq; ipse dux
cecidit prelio. qua uictoria elatus plurima mscere cepit
& maiora concupiscere. Sed primum in eo est reprehē-
qd̄ ex preda tripodem aureum. Delphis posuisset epigra-
mate scripto in quo hec sententia erat suo ductu barba-
ros apud plateas esse deletos eiusq; uictorie ergo Apolli-
ni donum dedisse. hos uersus Lacedemonii exculpsert
neq; aliud scripserunt q̄ nomina earum ciuitatum &
quarum auxilio perse erant iuncti. Post id prelium eū-
dem Pausaniam cum classe communi cyprum atq; hel-
lespontum miserunt ut ex iis regionibus barbarorum
presidia depelleret. Pari felicitate in ea usus elatus se-
gerere cepit maioresq; appetere res. Nam cum Bizantio
expugnato cepisset complures persarum nobiles atq; in
iis non nullos regis propinquos hos clam Xerxi remisit
simulans ex uinculis publicis effugisse. Et cum his Gōgylū

· XI ·
cretensem qui literas regi redderet in quibus hec fuisse
scripta Thucidides memorie prodidit. Pausanias dux
Sparte quos Byzantii ceperat. postquam propinquos suos
cognouit tibi muneri misit. seq; tecum affinitate conui-
gi cupit. Quare si tibi uideatur des ei filiam tuam nupti-
id si feceris & Spartam & ceteram greciam potestatem
sub tuam se adiuuante redacturum pollicetur. hisq; de
rebus siquid geri uolueris certum hominem ad eum.
mittas face. cum quo colloquatur Rex tot hominum
salute tam sibi necessariorum magnopere gausus. con-
festim cum epistola Artabarem ad Pausaniam mittit
In qua eum collaudat. petit ne cui rei pareat ad ea efficien-
da que pollicetur. Si perfecit nullius rei a se repulsam
accepturum. huius pausanias uoluntate cognita alacrior
ad rem gerendam factus in suspicionem cecidit Lacede-
moniorum. in quo facto domum reuocatus. accusatus ca-
pitis absoluitur. Multatur tamen pecunia. quam ob
causam ad classem remissus non est. At ille post non
multo sua sponte ad exercitum rediit. & ibi non calli-
da. sed dementi ratione cognita patefecit. Non enim
mores patrios solum. sed etiam cultum uestitumq; mutauit.
Apparatu regio utebatur. ueste medica. satellites medi-
& egyptii sequebantur. Epulabatur more persarum lu-
xuriosius. q̄ qui aderant. perpeti possent. Aditum pe-
tentibus conueniendi non dabat. Superbe respondebat.
crudeliter imperabat. Spartam redire nolebat. colonas

qui locus in agro troadis est, se contulerat. Sibi consilia
tum patrie tum sibi inimica capiebat. Id postquam
lacedemonii rescierunt legatos cum lancea ad eum im-
serunt. In qua more illorum erat scriptum nisi domum
reuerteretur se capitis cum damnaturus. hoc nuntio
commotus sperans se etiam cum pecunia & potentia
instans periculum posse depellere domum rediit. huc
ut uenit ab ephoris in uincla publica est coniectus, licet
enim legibus eorum cuius ephoro hoc facere regi. hic
tamen se expediuit. neq; eo magis carebat suspicionem
Nam opinio manebat eum cum rege habere societatem.
Est genus quoddam hominum quod illo te uocatur,
quorum magna multitudo agros lacedemoniorum co-
lit seruatorumq; munere fungitur. hos quoq; sollicita
re spe libertatis existimabatur: sed quod harum rerum
nullum erat apertum crimen quo argui posset non
putabant de tali tamq; uiro claro suspicionibus oportere
iudicari. Et expectandum dum se ipsa res ape-
raret. Interim Argilius quidam adolescentulus quem
puerum Pausanias amore uenero dilexerat cum epi-
stolam ab eo ad Artabagum accepisset eiq; in suspicionem
uenisset aliquid in ea de se esse scriptum quod nemo
eorum redisset qui super eodem tali causa missi erant
Vincla epistole lacerauit signoq; detracto cognouit si
pertulisset sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola
que ad ea pertinebant que inter regem pausaniamq;

conuenerant. has ille literas Ephoris tradidit. Non
est pretereunda grauitas lacedemoniorum hoc loco
Nam ne huius quidem iudicio impulsus sunt ut Pausa-
niam comprehenderent: neq; prius uim adhibenda
putauerunt. quod se ipse indicasset. Itaq; huic iudici quod
fieri uellent preceperunt sanum. Neptunni est Tena-
ri quod uiolari nefas putant greci eo ille index confu-
git in ara consedit hanc iuxta locum fecerunt sub
terra ex quo posset audiri si quis aliquid loqueretur
cum Argilio huc ex Ephoris quidam descenderunt.
Pausanias ut audiuit Argilium confugisse in aram per-
turbatus uenit eo. quem cum supplicem dei uideret
in ara sedentem querit cause quid sit tam repentini
consilii. huic ille quid ex literis comperisset aperit mo-
non magis pausanias perturbatus orare cepit ne enun-
tiaret nec se meritum de illo optime proderet. Quod
si eam ueniam sibi dedisset tantisq; implicatum rebus
subleuasset magno ei premio futurum. his rebus Epho-
ri cognitis satius putarunt in urbe eum comprehendi
quo cum essent profecti & Pausanias placato Argilio
ut putabat lacedemonem reuertitur. In ite itinere
cum iam in eo esset ut iam comprehenderetur ex uul-
tu cuiusdam ephori qui eum admoneri cupiebat in-
sidias sibi fieri intellexit. Itaq; paucis ante gradibus
quod qui sequebantur in hedem minerue chalcioecus
uocatur confugit hinc ne exire possent statim Ephori

ualuas edis obstruxerunt tectumq; sunt demolui q;
celerius sub diuo interiret. Dicitur eo tempore matrem
Pausanie uixisse eamq; iam magno natu. Postquam de
scelere filii compit in primis ad filium claudendum la-
pidem ad introitum hedis attulisse. Sic Pausanias ma-
gnam belli gloriam turpi morte maculauit. hic cum
semannuus de templo elatus esset confestim animam
efflauit. Cuius mortui corpus cum eodem nonnulli
dicerent inferre oportere quo hi qui ad supplicium
essent dati. Displicant pluribus. & procul ab eo loco in-
foderunt quo erat mortuus. Inde posterius delphici
responsio erutus atq; eodem loco sepultus. Vbi uitam
posuerat.

Vita cymonis.

Cymon Milyadil filius atheniensis duro admodu
initio usus est adolescentie. Nam cum pater ei
litam estimatam populo soluere non potuisset obeamq;
causam in uinculis publicis decessisset. Cymon eadem
custodia tenebatur neq; legibus atheniensium emitti
poterat nisi pecuniam qua pater multatus erat soluis-
set. habebat autem in matrimonio sororem germana
suam nomine helpinice non magis amore q; more du-
ctus. Nam atheniensibus licet eodem patre natas uxo-
res ducere huius coniugii cupidus. Callias quidam no
tam generosus q; pecuniosus qui magnas pecunias ex
metallis fecerat. Egit cum cymone ut eam sibi uxore

xiii
daret id si impetrasset se pro illo pecuniam soluturum
si cum talem conditionem aspernaretur helpinice nega-
uit se passinam Milyadil progeniem in uinculis publi-
cis interire quando prohibere posset. seq; Callie nupti-
ram si ea que polliceretur. prestitisset. Tali modo custo-
dia liberatus Cymon celeriter ad principatum perueit.
habebat enim satis eloquentie summam liberalitatem.
magnam prudentiam tum iuris ciuilis tum rei milita-
ris. qd cum patre a puero in exercitu fuerat uersatus
itaq; hic & populum urbanum in sua tenuit potestate
& apud exercitum plurimum ualuit auctoritate. Pri-
mum imperator apud flumen strymona magnas co-
pias thracum fugauit. opidum amphipolim constituit
eoq; decem milia atheniensium in coloniam misit. Ad
utrum apud Micalem cyprorum & phenicum ducentarum
nauium classem deuictam cepit eodemq; die
pari fortuna in terra usus est. Namq; hostium nauibus
captis statim ex classe copias suas eduxit barbarorumq;
maximam uim uno concursu prostrauit. qua uictoria
magna preda potius. cum domum reuertetur q;
iam non nulle insule propter acerbitem imperii de-
fecerant bene animatas confirmauit, alienatas ad of-
ficium redire coegit. Styrum qua eo tempore dolopes
incolebant qd contumacius se gesserant uacue fecit
sessores ueteres urbe insulaq; eiecit. agros ciuibus diui-
sit Thasios apulencia fretos suo aduentu fregit his

ex manubiis arx athenarum que ad meridiem pertinet
est ornata. quibus rebus cum unus in ciuitate maxie
floreret incidit in eandem inuicem in quam pater
suus ceteriq; atheniensium principes. Nam testarum
suffragiis quod illi ostrachismos uocant decem anno
rum exilio multatus est. cuius facti celerius athenie
sesq; ipsum penituit. Nam cum ille animo forti inuidie
ingratorum ciuium cessisset bellumq; lacedemonii &
atheniensibus indixissent. confestim note eius uirtutis
desiderium consecutum est. Itaq; post annum quintum
quo expulsus erat in patriam reuocatus est. Ille qd
hospitio lacedemoniorum utebatur satis existimans
contemnere Lacedemonem sua sponte est profectus
pacemq; inter duas potentissimas ciuitates conciliauit
Post neq; ita multo oprum. cum ducentis nauibus
imperator missus cum eius maiorem partem insule
deuicisset in morbum implicatus in opido cito est
mortuus. hunc athenienses non solum in bello sed
etiam in pace diu desiderauerunt. Fuit enim tanta
liberalitate cum compluribus locis predia ortosq; ha
beret ut nunquam in eis custodem imposuerit. &
fructus seruandi gratia ne quis impediretur quo min
eius rebus quibus quisq; uellet frueretur. Semper eu
pedissequi cum nummis sunt secuti ut si quis opis ei
indigeret haberet quod statim daret ne differedo
uideretur negare. Sepe cum aliquem offensum fortia

XIII
uideret minus bene uestitum amiculum suum dedit
quotidie sic cena ei coquebatur. ut quos inuocatos &
uidisset in foro omnes deuocaret. Qd facere nullum
diem pretermittebat. Nulli fides eius. nulli opera.
nulli res familiaris defuit. multos locupletauit quo
plures pauperes mortuos qui unde efferrentur non
reliquisent suo sumptu extulit. Sic se gerendo minie
est mirandum si & uita eius fuerit leua & mos acerba

Vita Lysandri.

Lysander lacedemonius magnam reliquit sui fama
magis felicitate q̄ uirtute partam. Athenienses
enim aduersus peloponessios sexto & uicesimo anno bel
lum gerentes confecisse apparet. Id qua ratione conse
cutus sit latet. Non enim uirtute sui exercitus sed
imodestia factum est aduersariorum qui qd dicto au
dientes imperatoribus suis non erant. Dispositi in agris
relictis nauibus in hostium uenerunt potestatem. Quo
facto athenienses lacedemoniis dederunt hac uicto
ria Lysander elatus cum antea semper factiosus audaxq;
fuisset sic sibi indulxit ut eius opera in maximum
odium grecie lacedemonii peruenerint. Nam cum
hanc causam lacedemonii didicissent sibi esse belli ut
atheniensium impotentem dominationem refrigerent.
Postquam apud Egos flumen Lysander classis hostium
est potius nihil aliud est molitus q̄ ut omnes ciuitates
in sua teneret potestate. cum id se lacedemoniorum ca

facere simularet. Namque undique qui atheniensium re-
bus eiectis studuisset: decem delegarat in una quaque
ciuitate: quibus summum imperium potestatemque
omnium rerum committeret: horum in numero neque
admittebatur nisi qui aut eius hospitio contineretur
aut se fore illius proprium fide confirmarat. Ita decem-
uiri potestate in omnibus urbibus constituta ipsius
nutu omnia gerebantur. Cuius de crudelitate ac perfidia
satis est unam rem exempli gratia profere ne de eadem
plura enumerando defatigemus lectores. Victor cum
ex asia reuerteretur Thasiumque diuertisset quod ea ciuitas
precipua fide fuerat erga athenienses perinde ac si
idem firmissimi solerent esse amici qui constantes fuis-
sent inimici peruertere eam concupiuit. Vidit autem
nisi in eo occultasset uoluntatem futurum ut Thasii di-
lberentur: consulerentque rebus suis. Itaque hi decem uirale
suam potestatem ab illo constitutam sustulerunt. Quo
dolore incensus inuit consilia reges lacedemoniorum
tollere. Sed sentiebat id sine ope deorum facere non
posse quod lacedemonii omnia ad oracula referre consue-
uerant. Primum delphos corrumpere est conatus: cui
id non potuisset Dodonam adortus est. hinc quoque re-
pulsus dixit se uoto suscepisse que Ioui Amoni solue-
ret existimans se a fros facilius corrupturum. hac spe
cum profectus esset in Africam multum eum Antistates
Iouis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt

sed etiam legatos lacedemonem miserunt. qui Lysandrum
accusarent. quod sacerdotum fami corrumpere conatus es-
set. Accusatus hoc crimine iudiciumque absolutus sententiis
Orchomenis missus subsidio occisus est a Thebanis apud
Alartum quod uic foret de eo iudicatum oratio inditio
fuit que post mortem in domo eius reperta est in qua
suadet lacedemoniis ut regia potestate dissoluta ex
omnibus deligatur ad bellum gerendum quod ille se ha-
biturum pecunia fidens non dubitabat: hanc ei scripsisse
Cleon alicarnasius dicitur atque hoc loco non pretereundum
factum Pharnabaci Strupis regis. Nam cum Lysander
prefectus classis in bello multa crudeliter auare fecisset
deque his rebus suspicaretur ad ciues suos esse perlatum:
petiit a Pharnabaso: ut aliud sibi ephoros testimonium
daret: quanta sanctitate bellum gessisset sociosque tractasset
deque ea re accurate scriberet. Magnam enim eius aucto-
ritatem in ea re futuram. hunc ille liberaliter pollicetur.
Librum grauem multis uerbis conscripsit. In quibus sum-
mis eum affert laudibus. quem cum legisset probassetque
dum signatur alterum pari magnitudine tanta simili-
tudine ut discerni non posset signatum subiecit. In quo
accuratissime eius auaritiam perfidiamque accusaret.
hunc Lysander domum cum redisset postquam de suis
rebus gestis apud maximum magistratum que uolue-
rat: dixerat: testimonii loco librum a Pharnabaso da-
tum tradidit. hinc summoto Lysandro cum Ephori

cognouissent ipsi legendum dederunt. Ita ille impru-
dens ipse sui fuit accusator.

Vita alcibiadis

Alcibiades Cliniae filius athenensis in hoc natura
quid efficere possit uidetur experta. Constat enim
inter omnes qui de eo memorie prodiderunt nihil illo
fuisse excellentius uel in uitiis uel in uirtutibus. Natu-
ra in amplissima ciuitate summo genere omnium etatis
sue multo formosissimus. ad omnes res aptus consiliisq;
plenus. Namq; imperator fuit summus & mari &
terra disertus ut in primis dicendo ualeret. Quanta
erat commendatio oris atq; orationis. ut nemo ei di-
cendo posset resistere. Deinde cum tempus posceret la-
boriosus. patiens. liberalis. splendidus. non minus in-
uita q̄ in uictu. affabilis. blandus. temporibus calli-
dissime inseruiens. sed simul ac se remiserat. neq; ca-
suberat. quare animi laborem perferret. Luxuriosus
dissolutus. libidinosus. intemperans reperiebatur. ut
omnes admirarentur uno homine tantam esse dis-
similitudinem tamq; diuersam naturam. Educatuſ e-
in domo Periclis. priuignus enim eius fuisse dicitur.
eruditus a Socrate. socerum habuit hipponicum om-
nium grece lingue eloquentia disertissimum. ut si
ipse fingere uellet. neq; plura bona reminisci. neq;
maiora posset consequi. Quod uel fortuna uel natura
tribuerat. Ineunte adolescentia amatus est a multis

more grecorum. In eis Socrate de quo mentionem facit
Plato in symposio. Namq; cum induxit commemorate
se pernoctasse cum Socrate neq; aliter ab eo surrexisse
ac filius a parente debuerit. Posteq; robustior est factus
non minus multos amauit. in quorum amore quo ad
licetum est odiosa multa delicate iocoseq; fecit. que re-
ferremus nisi maiora potioraq; haberemus. Bello pelo-
ponessio huius consilio atq; auctoritate athenenses &
bellum syracusanis induxerunt. Ad quod gerendum
ipse dux electus est. Duo preterea college dati Nicias
& lamachus id cum appareretur priusq; classis exiret
accidit ut una nocte omnes herme qui in opido erant
Athenis deiicerentur preter unum qui ante ianuam
erat Androclydes uocitatus est. hoc cum appareret
non sine magna multorum consensione esse factum
q̄ non ad priuatam. sed ad p. rem pertineret. Ma-
gnus multitudini timor est iniectus. ne qua repentina
uis in ciuitate existeret que libertatem opprimeret
populi. hoc maxime conuenire in Alcibiadem uide-
batur. q̄ & potentior & maior q̄ priuatus existima-
batur. Multos enim liberalitate deuinxerat. plures
etiam opera forensi suos reddiderat. Quare fiebat ut
omnium oculos quotienscunq; in publicum prodisset
ad se conuerteret. Neq; ei par quisq; in ciuitate pone-
retur. Itaq; non solum spem in eo habebant maxima.
sed etiam timorem q̄ & obesse plurimum & pdesse

poterat. Aspergebatur etiam infamia quod in domo sua
facere misteria dicebatur. Quod nefas erat more athenien-
sium idque non ad religionem. sed ad coniurationem
pertinere existimabatur. hoc crimine in contione ab
inimicis compellebatur. Sed instabat tempus ad bellum
proficiscendi id ille metuens neque ignorans civium suo-
rum consuetudinem postulabat. siquid de se agi uel-
lent potius de presenti questio haberetur quam absens
inuidie crimine accusaretur. Inimici uero eius quie-
scendum in presenti quare noceri non posse intelli-
gebant. Et illud tempus expectandum decreuerunt
quo si exisset ut absentem aggredierentur. itaque fecerunt
Nam postquam in siciliam eum peruenisse crediderunt
qua de re cum ei nuntius a magistratu in siciliam mis-
sus esset ut domum ad causam dicendam rediret eumque
in magna spe provincie bene administrande non pare-
re uoluit. Et in trinemem que ad eum deportandum
erat missa ascendit hac thurios in italiam peruectus
multa secum reputans de immoderata civium suorum
licentia crudelitateque erga nobiles utilissimum ratus
impendentem euitare tempestatem. clam se a custo-
dibus subduxit. & inde primum Elydem deinde The-
bas uenit. Postquam autem se capitis damnatum. bonis
publicatis audiuit & id quod usu uenerat olympia-
das sacerdotes a populo coactos ut se deuouerent. eiusque
deuotionis quo testatio esset memoria. exemplum in pila



lapidea incisum esse positum in publico lacedemonem
demigrauit. Ibi ut ipse predicare consueuerat. non ad-
uersus patriam. sed inimicos suos bellum gessit. quod uel
hostes essent ciuitati. Nam cum intelligerent se pluri-
mum prodesse posse rei publicae. ex ea eiecisse plusque ire sue
quam utilitati communi paruissse. itaque huius consilio lacede-
monii cum persarum rege amicitiam fecerunt. Deinde
Deceam in adica munierunt presidioque ibi perpetuo
posito in obsidione athenas tenuerunt. Eiusdem opera-
tionem a societate auerterunt atheniensium. Quo factum
multo superiores bello esse ceperunt. Neque uero his
rebus tam amici Alcibiadi sunt facti. quam timore ab eo
alienati. Nam cum acerrimi uiri prestantem pruden-
tiam in omnibus rebus cognoscerent. pertinuerunt
ne caritate patrie ductus aliquando ab his descisceret.
Et cum suis in gratiam rediret. itaque tempus eius inter-
ficiendi querere instituerunt. sed Alcibiadi diuuis ce-
lari non potuit. Erat enim ea sagacitate ut decipi non
posset. presertim cum animum attendisset ad cauendum.
Itaque ad Tilaphernem prefectum regis Darii se contulit.
cuius cum intimam amicitiam peruenisset. & athe-
niensium male gestis in sicilia rebus opes senescere. con-
tra lacedemoniorum crescere uideret. initio cum Asan-
dro pretore qui apud Samum exercitum habebat per
internuntios colloquitur. Et de riditu suo facit mentio-
nem. Erat enim eodem Alcibiades sensu populi potestate



non amicus & optimatum fautor. Ab hoc destitutus
primum per Thrasibulum Lycei filium ab exercitu
receptus pretorq; fit apud Samum post suffragate
Theramene plebescito restituitur pariq; absens impe-
rio preficitur simul cum Thrasibulo & Theramene
horum imperio tanta commutatio rerum facta est
ut lacedemonii qui paulo ante uictores uiguerant
perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque
preliis terrestribus tribus naualibus in quibus tre-
centas naues triremes amiserant. que capte in hostiu
uenerant potestatem Alcibiades simul cum collegis
recepit Ioniam helespontum multas preterea ur-
bes grecas que in ora sita sunt Asiae quarum expugna-
uerant q; plures in his Bisantium neq; minus multas
consilio ad amicitiam adiunxerant. qd in captos clem-
tia fuerant usi ita preda onusti locupletato exercitu
maximus rebus gestis Athenas uenerunt. his cum ob-
uiam uniuersa ciuitas in pyreum descendisset tanta
fuit omnium expectatio uisendi Alcibiadis ut ad eum
triremem uulgu conflueret. Perinde ac si solus adue-
nisset. Sic enim populo erat persuasum & aduersas su-
periores & presentes secundas res accidisse eius opera
itaq; & sicilie admissum & lacedemoniorum uictorias
culpe sue tribuebant. qd talem uirum e ciuitate expu-
lissent. neq; id sine causa arbitrari uidebantur. Nam
postquam exercitui preesse ceperat. neq; terra neq; t

XVII
mari hostes pares esse potuerant. hic ut nauis egressus e
quanquam theramenes & thrasibulus eisdem rebus p-
fuerant. simulq; uenerant in Pyreum tamen unum
omnes illum prosequabantur. Et id quod nunquam t-
antea usu uenerat nisi olympie uictoribus coronis au-
rei eneisq; uulgo donabatur. Ille lacrimans talem beni-
uolentiam ciuium suorum accipiebat remittens p-
ni temporis acerbitatem. Postquam astu uenit contione
aduocata sic uerba fecit. ut nemo tam ferus fuerit qn-
eius casum lacrimans inimicumq; his se ostenderit quo-
rum opera patria pulsus fuerat. Proinde ac si alius
populus non ille ipse qui tum flebat eum sacrilegii cla-
nasset. Restituta ergo huic sunt publice bona eidemq;
illi olympie sacerdotel rursus resacrare sunt coacti
qui eum deuouerant pileasq; illas in quibus deuotio fue-
rat scripta in mare precipitare. hec Alcibiadi letitia no-
nimis fuit diuturna. Nam cum ei omnes honores de-
creti totaq; res p. domi belliq; tradita. ut unius arbitrio
gereretur & ipse postulasset. ut duo sibi college darent
Thrasibulus & Adimantus. neq; id negatum esset classe
iam in Asiam profectus. qd apud cimene minus ex senten-
tia rem gesserat. in inuidiam recidit. Nihil enim cum
non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat ut omnia
minus prospere gesta culpe tribuerent. Cum autem eu
negligenter aut malitiose fecisse loquerentur sicut tu
accidit. Nam corruptum a rege capere Cymen noluisse

arguebant. Itaq; huic maximo malo imputamus causam
fuisse nimiam opinionem ingenii atq; uirtutis. Timebat
enim non minus q̄ diligebatur ne secunda fortuna ma-
gnisq; opibus elatus tyrannidem concupisceret quibus
rebus factum est ut absentem magistratum abrogarent &
alium in eius locum substituerent. Id ille ut audiuit domū
reuertere noluit & se pateram contulit. Ibiq; tria castella
communiit Bornos Bisam Themeonticos manuq; collecta
primus grecie ciuitatis in thraciam introiit gloriosus exi-
stimans barbarorum preda locupletari q̄ graiorum qua
ex re creuerat fama cum opibus magnamq; amicitiam sibi
cum quibusdam regibus thracie pepererat neq; tamen a
caritate patrie recedere potuit. Nam cum apud Egos flu-
men philodes pretor atheniensium classem constituisset
suam neq; longe abesset Lysander pretor lacedemoniorū
qui in eo erat occupatus ut bellum q̄ diuissime duceret
q̄ ipsi pecunia suppeditabatur contra atheniensibus ex-
haustis preter arma & nauis nihil erat super Alcybiades
ad exercitum uenit atheniensium ibiq; presente uulgo
agere cepit si uellent se coacturum Lysandrum clamare
aut pacem petere lacedemonios eo nolle confligere classe
quod pedestribus copiis plus q̄ nauibus ualere sibi ac
esse facile se vthem regem thracum deducere ut eum extra
depelleret. Quo facto necessario aut classe conflicturum
aut bellum compositurum. Id & si uere dictum Philodes
animaduertebat tamen postulata facere noluit q̄ seuebat

se Alcybiade recepto nullius momenti apud exercitum
futurum. Et si quid secundi euenisset nullam in ea re
suam partem fore. Contra ea si quid aduersi accidisset se
unum eius delicti futurum reum. Ab hoc discedens Al-
cybiades quoniam inquit uictorie patrie repugnans illud
moneo iuxta hostem castra habeas nautica periculum
est enim me in modestia militum uestrorum occasio det
Lysandro nostri opprimendi exercitus neq; ea res illum
fefellit. Nam Lysander cum per speculatores compersisset
uulgum atheniensium in terram preclatum exisse na-
uesq; pene inanes relictas tempus rei gerende nondum
sit eoq; impetu bellum totum deleuit. At Alcybiades ui-
ctis atheniensibus non satis tuta eadem loca sibi arbitratus
penitus in thraciam se supra propontide abdidit sperans
sibi facillime suam fortunam occuli posse sed falso. Nam
thraci postquam cum magna pecunia uenisse sen-
serunt insidias fecerunt qui ea que apportarat abstule-
runt ipsum capere non potuerunt. Ille cernens nullū
locum sibi tutum in grecia propter potentiam lacedemo-
norum ad Pharnabazum in asiam transiit. quem quidē
adeo sua cepit humanitate ut eum nemo in amicitia
antecederet. Namq; ei agrum dederat in phrigia ca-
strum ex quo quinquaginta talenta uectigalis capiebat
qua fortuna Alcybiades non erat contentus neq; athenas
uictas lacedemoniis seruire poterat pati. Itaq; ad priam
liberandam omni ferebatur cogitatione sed uidebat

id sine rege per se non posse fieri ideoq; eum animi cū
sibi cupiebat adiungi / neq; dubitabat facile se consecu-
turum si mō eius conueniendi habuisset potestatem.
Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare lacedemo-
niis adiuuantibus sciebat. Id si aperuisset magnam se
miturum gratiam uidebat. hoc cum moliretur petent
q; a pharnabazo ut ad regem mitteretur eodem tempo-
re Critias ceteriq; tyranni atheniensium certos homines
ad Lisandrum in asiam miserant qui eum certiore fa-
cerent / nisi Alcibiadem substulisset / nihil earum rerū
fore ratum / quas ipse Athenis constituisset. Quare si
suas res gestas manere uellet illum persequeretur. his
laco rebus commotus statuit accuratus sibi agendum
cum pharbaso societatem. huic ergo renuntiat que regi
cum lacedemoniis essent irrita futura nisi Alcibiadē
uiuū aut mortuū sibi tradidisset. Non tulit hāc
sarrapes & uolare clementiam quā regis opes mi-
nui maluit. Itaq; misit Susametrem & Bageum ad
Alcibiadem interficiendum cum ille esset in phrygia
iterq; ad regem comparat. Missi clam uicinitate in
qua tum Alcibiades erat datum negocium / ut eum
interficiant. Illi cum ferro aggredi non auderent
noctu ligna contulerunt circa lāneam in qua quiescebat
eamq; succenderunt / ut incendio conficeretur. quem
manu superari posse diffidebant. Ille autem ut sonitu
flamme est excitatus / & si gladius erat subductus

XXV
familiaris sui subalare telum arripuit. Namq; erat cū
eo quidam ex arcadia hospes qui nunquam discedere
uoluerat hunc sequi se iubet / & id quod in presentia
uestimentorum fuit / eripuit his in ignem eiecit flāme
uim transiit / quem barbari ut incendium effugisse
uiderunt / telis missis interfecerunt caputq; eius ad
pharnabasum retulerunt. Ac mulier que cum eo uiuere
consueuerat muliebri sua ueste coniectum hediificii
incendio mortuum cremauit / quod ad uiuum interi-
mendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos cir-
citer quadraginta natus diem obiit supremum. hūc
infamatum a plerisq; tres grauissimi historici sumis
laudibus extulerunt. Tucydides qui eiusdem etatis
fuit / Teopompus qui post aliquanto natus & Timeus
qui quidem duo male dicentissimi nescio / quo modo
in illo uno laudando consierunt. Namq; ea que supra
scripsimus de eo predicarunt / atq; hoc amplius cum
Athenis splendidissima ciuitate natus esset omnes sple-
dore ac dignitate superasse uite. Postquam inde
expulsus thebas uenerit adeo studiis eorum inseruis-
se ut nemo eum labore corporisq; uiribus posset eq-
perare. Omnes enim boetii magis firmitati corporis
q̄ ingenii acumini inseruiunt. Eundem apud lacede-
monios quorum moribus summa uirtus in patientia
ponebatur / sic duritie se dedisse / ut parsimonia ui-
ctus atq; omnis cultus lacedemonios uinceret. fuisse

apud thracis homines inuolentos rebus ueneris deditos
hos quoq; in his rebus antecessisse uenisse ad persas apud
quos summa laus esset fortiter uenerari luxuriose
uiuere horum sic imitatum consuetudinem / ut illi
ipsi eum in his maxime admirarentur quibus rebus
effecisse: ut apud quoscunq; esset princeps poneretur
habereturq; charissimus. Sed satis de hoc reliquos orda-
mur.

Vita thrasybuli.

Thrasybulus Lyci filius atheniensis si per se uirtus sine
fortuna ponderanda est dubito an hunc primum
omnium ponam. Illud sine dubio neminem huic pre-
fero fide constantia magnitudine animi in patriam
amore. Namq; multi uoluerunt pauciq; potuerunt
ab uno tyranno patriam liberare huic contigit / ut a
triginta oppressam tyrannus e seruitute in libertatem
uendicaret. Sed nescio quomodo cum eum nemo antea-
ret his uirtutibus multi nobilitate precucurrerunt.
Primum peloponensi bello multa hic sine Alcibiade ges-
sit. Ille nullam rem sine hoc / que illa uniuersa natura-
li quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia co-
munia imperatoribus cum militibus & fortuna qd in
preli concursu. Abiit res a consilio ad uires uimq; pu-
gnantium. Itaq; iure suo non nulla ab imperatore
miles: plurima uero fortuna uendicat / seq; his plus ua-
luisse q; ducis prudentiam uere potest iudicari. Quare

XXI
illud magnificentissimum factum proprium est Thra-
sybuli. Nam cum triginta tyranni prepositi a Lacedemo-
niis seruitute oppressas tenerent athenas / plurimos ciues
quibus in bello pepercerat fortuna / partim patria ex-
pulissent: partim interfecissent. Plurimorum bona
publica inter se diuisissent / non solum princeps: sed &
solus initio bellum his indicat. hic enim cum philen-
confugisset quod est castellum in aethica munitissimum
non plus habuit secum triginta de suis. hoc initium sa-
lutas fuit athenicorum: hoc robur libertatis clarissime
ciuitatis. Neq; uero hic non contemptus est primo a
tyrannis: neq; eius solitudo / que quidem res & illis con-
tendentibus perniciosa: & huic despecto: saluta fuit.
hec enim illos segnes ad persequendum / hos autem
tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo
magis preceptum illud omnium in animum esse debet.
Nihil in bello oportere contemni: neq; sine causa dici
matrem timidi flere non solere: neq; tamen pro opinio-
ne Thrasybuli audere sunt opes. Nam iam cum illis te-
poribus fortius boni pro libertate loquebantur q; pu-
gnabant / hinc in pyreum transiit / munitiamq; mu-
niuit. hanc his tyranno oppugnare sunt adhorti ab
eaq; turpiter repulsi / protinus in urbem armis impe-
dimentisq; amissis / refugerunt. Vnus est Thrasybulus
non minus prudentia q; fortitudine. Nam cedens
uiolari uetuit. Ciues enim ciuibus parcere equum

ceusebat. Neq; quisquam est uulneratus: nisi qui por
impugnare uoluit. Neminem iacentem ueste spo-
liauit: nihil amiguit: nisi arma quorum indigebat
& que ad uictum pertinebant: in secundo prelio ce-
cidit Chritas dux tyrannorum cum quo ex aduerso
Thrasibulum fortissime pugnaret: hoc delecto Paula-
nias uenit a sticis auxilio rex lacedemoniorum. Is
inter Thrasibulum & eos qui urbem tenebant fe-
cit pacem his conditionibus ne qui preter xxx. ty-
rannos & decem qui postea pretores creati superiores
more crudelitatis erant usi: afficerentur exilio
neue bona publicarentur rei. p. procuratio populo
redderetur. Preclarum hoc quoq; Thrasibuli qd re-
conciliata pace cum plurimum in ciuitate posset
legem uelit ne quis an actarum rerum accusaretur
neue multaretur. eamq; illi obliuionis appellare
neq; uero hanc tantum ferendam curauit: sed etia
ut ualeret effecit. Nam cum quidam ex his qui sunt
cum eo in exilio fuerunt. cedem facere eorum uel-
lent cum quibus in gratiam redditum erat publice
prohibuit: & id quod pollicitus erat: prestare huic
pro tantis meritis honoris corona a populo data est
facta duabus uirgulis oleaginis: qua q; amor cinum
& non uis expresserat: nullam habuit inuidiam
magnaq; fuit gloria. Bene ergo Pithacus ille qui
septem sapientium numero est habitus cum mixyeni

XXIIII
ei multa milia iugerum & aori munera darent:
nolite oro uos inquit mihi dare quod multi inuideat
plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius
q; centum iugera: que meam animi equitatem &
uestram uoluntatem indicent. Nam parua munera
diuturna locupletia non propria esse consueuerunt.
Illa igitur corona contentus Thrasibulus: neq; amplius
requisiuit: neq; quemquam honore se antecessisse exi-
stimauit. hic sequenti tempore cum pretor classem
ad siciliam appulisset neq; satis diligenter in castris
eius agerentur uigilie a barbaris ex opido noctu eru-
ptione facta in tabernaculo interfectus est.

Vita conon.
Conon atheniensis peloponessio bello accessit ad re-
p. in eoq; eius opera magni fuit. Nam & pretor
pedestribus exercitibus prefuit & prefectus classis
& res magnas mari gessit: quas ob causas precipuis
ei honos habitus est. Namq; omnibus unus insulis
prefuit: in qua potestate pheras cepit coloniam la-
cedemoniorum. fuit etiam extremo peloponessio bel-
lo pretor cum apud Egos flumen copie atheniensiu
a Lysandro sunt deuicte. Sed tum absuit eoq; rei
res administrata est. Nam & prudens rei militaris
& diligens erat imperator. Itaq; nemini erat his reb;
temporibus dubium si affuisset illam atheniensis
calamitatem accepturos non fuisse. Rebus autem afflidis

cū patriam obsideri audisset non quesuit ubi ipse tunc
uiueret sed unde presidium posset esse ciuibus suis. Itaq;
contulit se ad pharnabazum satrapem ionie & lydie &
eundemq; generum regis & propinquum apud quem
ut multum gratia ualeret multo labore multisq; effec-
periculis. Nam cum lacedemonii atheniensibus uictis
in societate non manerent quam cum Artabarse fe-
cerant Agesyllumq; bellatum misissent in Asiam &
maxime impulsu a Thisapherne qui ex intus regis
ab amicitia eius defecerat. Et cum lacedemoniis coierat
societatem. hunc aduersus Pharnabazum habitus est
impar re quidem uera exercitui prefuit Conon eiusq;
omnia arbitrio gesta sunt. hic multum ducem suū
Agesyllum impediunt sepeq; eius consiliis obstitit. Neq;
uero non fuit apertum si ille non fuisset Agesyllum
Asiam tauro tenus regi fuisse erepturum qui postea
q̄ domum a suis ciuibus reuocatus est & boetii & athe-
nienses lacedemoniis bellum indixerant. Conon nihi-
lo secus apud prefetos regis uersabatur hisq; omnibus
magno erat usui Artaxerxi q̄ ceteris erat apertum
Multis enim magnisq; meritis apud regem & cum
in officio non maneret ualebat neq; admirandum
si non facile ad credendum adducebatur reminiscēs
eius se opera Cyrrum fratrem superasse. huius accusan-
di gratia Conon a pharnabazo ad regem missus postea
q̄ uenit primum ex more persarum ad Chelarchon

XXIII
qui secundum gradum imperii tenebat Thetrausten
accessit seq; ostendit cum rege colloqui uelle. Nemo ei
sine hoc admittitur. hinc ille nulla inquit mora est.
Sed tu delibera utrum colloqui malis an per literas &
agere que cogitas. Necessesse est enim si in conspectum ue-
neris uenerari te regem illi uocant
hoc si tibi graue est per me nihilo secus edis mandatis
conficies quod studeas. Tum Conon enim uero inquit n̄
est graue quem uis habere honorem regi sed uereor
ne ciuitati mee sit obprobrio si cum ex ea sim profectus
que ceteris gentibus imperare consueuerit potius bar-
barorum q̄ illius more fungar. Itaq; que huic uolebat
scripta tradidit quibus cognitis rex tantum auctori-
tate eius motus est ut & Thisaphernem hostem iu-
dicauerit & lacedemonios bello persequi uisisset &
ei permiserit quem uellet eligere ad dispensandam
pecuniam. Id arbitrium Conon negauit sui esse consi-
lii. sed ipsius qui optime suos nosse deberet. sed se sua-
dere pharnabazo id negocii daret hinc magnis mu-
neribus donatus ad mare est missus ut cypris phe-
nicibus ceterisq; maritimis ciuitatibus naues longas
imperaret. classemq; qua proxima estate mare tueri
posset compareret dato adiutore Pharnazo sicut ipse
uoluerat. Id ut lacedemoniis est nuntiatum non sin-
cura rem administrarunt qd mag. manus bellum im-
nere arbitrabantur q̄ si cum barbaro solu contemneret

Nam ducem fortem prudentem regis opibus futurū
ac secum dimicaturum uidebant quem neq; consiliis
neq; copiis superare possent. hanc mente magnam
contrahunt classem proficiscuntur Lysandro duce
hos conon apud Gnydum adortus magno prelio fugat
Multas naues cepit q̄ plures deprimit. Quia uictoria
non solum Athene sed etiam cuncta grecia que sub la-
cedemoniorum fuerat imperio liberata est. conon
cum parte nauum in patriam uenit. muros dirutos
a Lysandro utriusq; & pyrei & athenarum reficiendos
curat pecunieq; quinquaginta talenta que a Pharna-
bazo acceperat eunibus suis donat. Accidit huic quod
ceteris mortalibus. ut inconsiderator in secunda q̄ in
aduersa esset fortuna. Nam classe peloponnesiorum
deuicta cum ultimum se iniurias patrie putaret plura
concupiit q̄ efficere potuit. Neq; tamen ea non pia
& probanda fuerunt. qd̄ potius patrie opes q̄ regis
augeri maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi
pugna illa nauali quam apud Gnydum fecerat consti-
tuisset non solum inter barbaros. sed etiam omnes gre-
cie ciuitates clam dare operam cepit. ut Ioniam &
Eoliam restitueret atheniensibus. Id cum minus di-
ligenter esset celatum. Tyriabarus qui sandibus perat
cononem euocauit simulans ad regem eum mittere uel-
le magna festinatione. huius nuntio parens cum ue-
nisset in uincula coniectus est in quibus aliquandiu

7 ^{XXIII}
fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum ibiq; eū
perisse scriptum reliquerunt contra ea Dion histo-
ricus cui nos plurimum de persicis rebus credimus
effugisse scripsit. Illud addubitat utrum Tyriabaro
sciente an imprudente sit factum.

Vita dion

Dion hipporini filius syracusanus nobili genere na-
tus utraq; implicatus tyrannide. Dionisiorum
Namq; ille superior sororem Dio-
nis habuit in matrimonium. Ex qua duos filios hip-
parinum & Hiseim procreauit totidemq; filias
nomine quarum prio-
rem Dionisio filio eidem cui regnum reliquit. nuptū
dedit. Alteram Arethē dioni. Dion autem preter no-
bilem propinquitatem generosamq; maiorum famam
multa alia ab natura habuit bona. In his ingenium do-
cile come aptum ad artes optimas magnam corporis
dignitatem. que non minimum commendatur. Ma-
gnas preterea diuitias a patre relictas quas ipse uran-
ni muneribus auxerat. Erat intamis Dionisio por-
neq; minus propter mores q̄ affinitatem. Namq; & si
Dionisii crudelitas ei displicebat. tamen saluum ppter
necessitudinem magis etiam suorum tam studebat.
Aderat in magnis rebus eiusq; consilio multum moue-
batur tyrannus nisi qua in re maior ipsius cupiditas
intercesserat. Legationes uero. que essent illustriores

per Dionem administrabantur. Quas quidem ille diligenter abeundo fideliter administrando crudelissimi nomen tyranni sua humanitate tegebat hunc a Dionisio missum, Carthaginenses suspexerunt ut neminem unquam greca lingua loquentem magis sint admirati. Neque uero hec Dionisium fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento sentiebat quo fiebat ut uni huic magis indulgeret neque cum secus diligeret ac filium quod quidem cum Platone Tarentum uenisse fama in Sicilia esset perlata adolescenti negare non potuerit quin eum accersiret. Cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic uenam magnamque cum ambitione Syracusas perduxit. quem Dion adeo admiratus est atque admauit ut se ei totum traderet. Neque uero Plato minus delectatus est Diono. Itaque cum a Dionisio tyranno crudeliter uiolatus esset quippe quem uenundari iussisset tamen eodem redit eiusdem Dionisii precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionisius quo cum graui conflidaretur. quesuit a medicis Dionem quemadmodum se haberet simulque ab his petiit si forte maiori esset periculo: ut sibi faterentur. Nam uelle se cum eo colloqui de partiendo regno quod sororis sue filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt & ad Dionisii filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus ut agendi esset Dionisii potestas patri soporem medicos dar

xxv.
coegit. hoc ergo sumpto ut somno sopitus diem obiit supremum. Tale mirum fuit Dionis & Dionisii similitatis eaque multis rebus aucta est. Sed tamen primis temporibus aliquandiu inter eos simulata amicitia mansit. cum Dion non desisteret obsecrare Dionisium ut Platonem Athenis accerseret & eius consiliis uteretur: illi quod aliqua re uellet mutari patrem morem gessit eodemque tempore philistum historicum Syracusas duxit homines amicum non magis tyranno quam tyrannus. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita quod de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionisium auctoritate potuit ualensque eloquentia ut ei persuaserit tyrannidis facere finem libertatemque reddere Syracusanis. A qua uoluntate philisti consilio deterritus. aliquanto crudelior esse cepit. Qui quidem cum a Dione se superari uideret ingenio auctoritate amore populi uerens ne si eum secum haberet aliquam occasionem sui daret opprimendi. Nauem ei triremem dedit qua corinthum deueheretur ostendens se id utriusque facere causa ne cum inter se timerent alteruter alterum preoccuparet. Id cum factum multi indignarentur magneque essent inuidie tyranno Dionisius omnia que moueri poterant Dionis in nauis impoat ad eumque misit: sic enim existimari uolebat id se non odio hominis sed sue salutis fecisse causa. Postea uero quod audiuit eum in peloponesso

manum comparare sibiq. bellum facere conari. Areten
Dionis uxorem alii nuptum dedit. filiumq. eius sic edu-
cari iussit. ut indulgendo turpissimis imbueretur cupi-
ditatibus. Nam puero prius q. pubes esset scorta addu-
cebantur. uino epulisq. obruebatur. neq. ullum temp.
sobrio relinquebatur. Is usq. eo statum uite commutatu
ferre non potuit postquam in patriam rediit pater.
Namq. appositi erant custodes qui eum a pristino ui-
ctu deducerent. ut se superiore parte edium deiecit.
Atq. ita interiit. Sed ad illud reuertor. Postquam
Corinthum peruenit Dion. & eodem perfugit. he-
raclides ab eodem expulsus Dionisio. qui prefectus fue-
rat equitum omni ratione bellum comparare cepit.
Sed non multum proficiebant qd. multorum annoru
tyrannus magnarum opum putabatur. Q. ob causam +
pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion
fretus non tam suis copiis q. odio tyranni maximo aio
duabus onerat. iis nauibus quinquaginta annorum +
imperium munitum quingentis longis nauibus decem
equitum centum peditum milibus profectus oppugna-
tum quod omnibus gentibus admirabile est uisum. +
Adeo facile percussit ut post diem tertium q. in siciliam
attigerit. Syracusas introierit. Ex quo intelligi pot.
nullum esse imperium tutum nisi beniuolentia mun-
tum. Eo tempore aberat Dionisius & in italia classem
operiebatur aduersariorum ratus neminem sine magis

XXVI
copiis ad se uenturum. que res eum fefellit. Nam Dion.
his ipsis qui sub aduersariis fuerant potestate regios spi-
ritus repressit totiusq. eius partis sicilie potitus est. que
sub Dionisii fuerat potestate. pariq. modo urbis syracu-
sorum preter arcem & insulam adiunctam opido eoq.
rem perduxit ut talibus pactionibus pacem tyrannus
facere uellet. Siciliam Dion. obtineret. italiam Dionisii.
Syraculas hypolocrates cui maximam fidem uni habebat
Dion. has tam prosperas tamq. inopinatas res consecuta
est subita commutatio. qd. fortuna sua mobilitate q.
paulo ante exulera. demergere est adorta. Primum
in filium de quo commemorauit supra seuitiam suam
exercuit. Nam cum uxorem reduxisset. que alii fue-
rat tradita. filiumq. uellet reuocare ad uirtutem a-
perdita luxuria accepit. gratissimum patris uulnus +
morte filii. Deinde orta dissensio est inter eum & he-
raclidem que quidem principatum non concedebat.
factionem comparauit. Neq. is minus ualebat apud
optimates quorum consensu preerat. classi cum Dion.
exercitum pedestrem teneret non tulit hoc animo
equo Dion. & uersum illum homeri retulit. ex secunda
rapsodia in quo hec sententia est. non posse bene geri
rem. p. multorum imperiis qd. dictum magna inui-
dia consecuta est. Namq. aperuisse uidebatur omnia
in sua potestate esse uelle. hanc ille non lenire obsego

sed acerbitate opprimere studuit. heraclidq; cum
Syracusas uenisset interficiendum curauit. Quod fa-
ctum omnibus maximum timorem iniecit. Nemo
enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem ad-
uersario remoto licentius eorum bona quos sciebat
aduersus se sensisse militibus dispartit. quibus diuisis
cum quotidiani maximi fierent sumptus celeriter
pecunia deesse cepit. neq; quo minus porrigeret sup-
petebat nisi in amicorum possessiones id huiusmodi
erat ut cum milites reconciliaisset amitteret optima-
tes. quarum rerum cura frangebatur & insuetis +
maie audiendi non equo animo ferebat de se ab his
male existimari. quorum paulo ante in celum elat^o
laudibus. Vulgus autem offensa in eum multum uolū-
tate liberius loquebatur. & tyrannum non ferendum
dicatibat. hec ille metuens cum quemadmodum se-
datat nesciret. & quorsum euaderent timeret. Cali-
crates quidam eius atheniensis qui simul cum eo ex pe-
loponesso in siciliam uenerat homo & callidus & ad
fraudem acutus sine ulla religione ac fide adiit ad
Dionem & ait eum magno periculo esse propter of-
fensionem populi & odio militum quod nullo modo
euitare posset nisi alicui suorum negocium daret
qui se simularet illi inimicum quem si inuenisset ido-
neum facile omnium animos cogniturum aduersarios
q; sublaturum. Quod inimici eius dissidentis suos sens

aperturi forent. Tali consilio probato excepit has ptes
ipse calicrates & se armat imprudentia Dionis ad eum
interficiendum socios conquirat aduersarios eius conue-
nit. conurationem confirmat res multis consciis que
gereretur elata defertur ad Aristomachen sororem
Dionis uxoremq; arethis. Ille timore perterrite con-
ueniunt cuius de periculo timebant. At ille negat
a calicrate fieri sibi insidias. sed illa que gererentur
fieri precepto suo. Mulieres nihilo secius calicratem
in edem proserpine deducunt. ac iurare cogunt num-
quid ab illo periculum Dionis foret. Ille hac religione
non modo non est deterritus. sed ad maturandum co-
citatus est. uerens ne prius consilium aperiretur suū
q̄ conata perfecisset. hac mente proximo die festo cū
a conuentu se remotum Dionis domi teneret atq; in
conclauis edito recubisset consciis facinoris loca muni-
tiora opidi tradidit domum custodiis sepsit a foribus
qui non discedant ceteros preficit. Nauem armatam
triremes armatis ornat. philostratoq; fratri suo tra-
didit. eamq; in portu agitari iubet. ut si exercere re-
miges. uellet cogitans si forte consiliis obstutisset for-
tuna ut haberet quo fugeret ad salutem. seruatorum at
numero zachin thynos adolescentes quosdam eligit
tum audacissimos tum uiribus maximis hisq; dat nego-
cium ad Dionem eant merines. sicut conueniendi eius
gratia uiderentur uenire. hi propter notitiam sunt

intromissi. At illi ut limen eius intrarunt foribus ob-
seratis in lecto cubantem inuadunt colligant fit
strepitus adeo ut exaudiri posset foris. hic sicut
ante dictum est q̄ inuisa sit singularis potentia & mi-
seranda uita que metui q̄ amari malunt. cuius facile
intellectu fuit. Namq; illi ipsi custodes si propria fuiss-
sent uoluntate foribus effractis seruare eum potuiss-
sent. q̄ illi inermes telum foris flagitantes uiuum
tenebant cui cum nōmo succurreret. Ligo quidam
Syraculanus per fenestras gladium dedit quo Dion
interfectus est. confecta cede cum multitudo uisēdi
gratia introisset nonnulli ab insciis peonoxiis concu-
duntur. Nam celeri rumore delato Dionum alla-
tam multi concurrerant quibus tale facinus displi-
cebat. hi falsa suspitione ducti tmerentes ut scelera-
tos occidunt. huius de morte ut palam factum est
mirabiliter uulgi mutata est uoluntas. Nam qui uiuum
eum manum uocitarunt uicem liberatorem patrie
tiranniq; expulsorem predicabant. Sic subito miseri-
cordia odio successerat ut eum suo sanguine si posset
ab acheronte cuperent redimere. Itaq; in urbe cele-
berrimo loco elatus publice sepulchri monumento
donatus est. Diem obiit circiter annos quinquagesimo
quintos natus quartum post annum q̄ ex peloponesso
in siciliam reuertat.

Vita ipicratif.

. xxviii .

IPicrates atheniensis non tam magnitudine rerum
gestarum q̄ disciplina militari nobilitatus est.
fuit enim talis dux ut non solum etatis sue cum pri-
mis comparatur. sed ne de maioribus nati quidem q̄q̄
anteponeretur. multum uero in bello est uersatus. Sept
exercitibus presuit. nusquam culpa male rem gessit.
Semper consilio prudentia uicit. tantumq; eo ualuit
ut in re militari partim noua attulerit partim meliora
fecerit. Namq; ille pedestria arma mutauit. cum an-
illum imperatorem maximus clipeis breuibus hastis
munuit gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro
parma fecit a quo postea peltaste pedites appellantur
ut ad motus concursusq; essent leuiore. haste modū
duplicauit. gladios longiores fecit. Idem genus lorri-
carum & pro seris atq; eneis lineas dedit quo facto
expeditores milites reddidit. Nam pondere detra-
cto quod eque corpus tegeret & leue esset. curauit
bellum cum thracibus gessit. Scuthen socum athe-
nensium in regnum restituit. Apud corinthum
tanta seueritate exercitui presuit ut nulle unquam
in grecia neq; exercitatores copie neq; magis dicto
audientes fuerint duci in eamq; consuetudinem
adduxit ut cum prelii signum ab imperatore eet
datum sine ducis opera sic ordinate consisterent ut
singuli ab peritissimo imperatore dispositi uiderentur
hoc exercitu moram lacedaemoniorum interfecit qd

maxime tota celebratum est grecia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugauit. Quo facto magnam adeptus gloriam cum Artaxerxes egyptio regi bellum inferre uoluit. Iphicratem ab atheniensibus ducem petiuit quem proficeret exercitui conductio. Cuius numerus duodecim milium fuit. quosq. sic omni disciplina militari erudiuit. ut quemadmodum quondam fabiani milites romani appellati sunt. sic iphicratenses apud grecos in summa laude fuerunt. Idem subsidio lacedemoniis profectus Epaminunde retardauit impetum. Nam in eius aduentum appropinquasset non prius thebani sparta abcessissent. q̄ captam incendio delessent. Fuit autem & animo magno & corpore imperatoriaq. forma. ut ipso aspectu. cuius uinceret admirationem sui. sed in labore nimis remissus. parumq. patiens. ut Theopompus memorie prodidit. Bonus uero cuius fideq. magna. quod cum in alijs rebus declarauit. tum maxime in Aminthe macedonis liberis tuendis. Namq. erudite mater perdit & philippi cum his duobus pueris Aminta mortuo ad Iphicratem confugit. eiusq. opibus defensa est. Vixit ad senectutem placatis in se suorum ciuium animis. causam capitul semel dixit. bello sociali simul cum Thimoteo eoque iudicio est absolutus. uenesta filium reliquit ex Tharsa natum. cothi regis filia. Is cum interrogaretur utrum plus patrem matremue faceret. matrem inquit. Ad cum omnibus mirum uideretur. at

ille merito

ille merito inquit facio. Nam pater quantum in se fuit thracem me genuit. contra mater atheniensem.

Vita chabrie

Chabrias atheniensis hic quoq. in summo habitus est ducibus resq. multas memorie dignas gessit. sed ex his elucet maxime inuentum eius in prelio quod apud Thebas fecit. cum boetiis subsidio uenisset. Namq. in ea uictoria fidencem summum ducem Agesilaum fugatis iam ab eo conductiis cateruis reliquam falangem loco uetuit cedere. abincoq. genu scuto proiecta hasta impetum excipere hostium docuit. id nouum Agesilaus contuens progredi non est ausus. suosq. iam incurrentes tuba reuocauit. hoc usq. eo tota grecia fama celebratum est. ut illo statu chabrias sibi statuum fieri uoluerit que publice ei ab atheniensibus in foro constituta est. Ex q̄ factum est ut postea athlete ceteriq. artifices his statibus statuis ponendis uterentur. cum uictoriam essent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella administrauit. cum dux esset atheniensium in egypto sua spote gessit. Nam Redtebenum adiutum profectus regnum constituit. fecit idem cypri. sed publice ab atheniensibus euagore adiutor datus. neq. prius inde discessit q̄ totam insulam bello deuinceret. qua ex re athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter egyptios & persas conflatum est. Athenienses cum Artaxerse societatem habebant. Lacedemonii cu egyptiis

a quibus magnas predaſ Agelilaus rex eorum facie-
bat. Id metuens Chabrias cum in re nulla Agelilaio ce-
dent ſua ſponte ad adiutum profectus egyptie classi
prefuit pedestribus copiis Agelilaus tum prefecti regis
perſe legatos miſerunt Athenas queſtum qđ Chabrias
aduerſus regem bellum gerent cum egyptiis athenie-
ſes diem certam Chabrie preſtiterunt quā ante domū
niſi rediſſet capitul ſe illum damnaturos denuntiānt.
hoc ille nuntio Athenas rediit neq; ibi diutius eſt
moratus q̄ fuit neceſſe. Non enim libenter erat ante
oculos ciuium ſuorum qđ & uiuebat laute & indul-
gebat ſibi liberalius q̄ ut inuidiam uulgi poſſet ef-
fugere. Eſt enim hoc commune uitium in magnis
liberisq; ciuitatibus ut inuidie gloria comes ſit. Et
libenter de hiſ detrahant. quos eminere uideant al-
tius. Neq; equo animo pauperes alienam opulentū
intuentur fortunam. Itaq; Chabrias quo ei licebat
plurimum aberat. neq; uero ſolus ille aberat Athe-
niſ libenter. ſed omnes fere principes fecerunt id
quod tantum ſe futuros ab inuidia putabant q̄ cum
a conſpectu ſuorum reſceſſerint. Itaq; Conon plurimū
Cypru uixit Iphicrates in thracia Thimoteus Leſbo cha-
res Sigeo diſſimilis quidem Chares horum factis &
moribus. ſed tamen atheniſ & honoratus & potens.
Chabrias autem periit bello ſociali talimodo. oppugna-
bant athenienſes Chium erat in claſſe Chabrias puat

no

ſed omnes qui in magiſtratu erant. auctoritate antea
bat. eumq; magis milites q̄ qui preerant. aſpiciebant
que res ei mortem maturauit. Nam dum primum
ſtudet portum intrare gubernatorem iubet eo dirigere
nauem ipſe pernicii fuit ſibi. Cum enim eo penetratſet
ceteri non ſunt ſecute. Quo facto circumſuſus hoſtium
concurſu cum fortiffime pugnaret nauis roſtro percus-
ſa cepit ſidere. hinc refugere cum non poſſet. ſi ſe in
mare deieciſſet. qđ ſuberat claſſis athenienſium que
exciperet natantem perire maluit q̄ armis abiectis
nauem relinquere in qua fuerat uectus. Id facere cete-
ri noluerunt. qui nando intuitum peruenerunt. At
ille preſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi uite
cominus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

Vita timothei.

Timotheus Cononis filius athenienſis hic a patre acce-
ptam gloriam multis auxit uirtutibus. Fuit enim
diſertus impiger laborioſus rei militaris peritus. Neq;
minus ciuitatis regende. Multa huius ſunt preclare fa-
cta. ſed hec maxime illuſtria. Olynthios & bizantios
bello ſubegit. Samum cepit in qua oppugnanda ſuperio-
re bello athenienſes mille & ducenta talenta conſumpſe-
runt. Id ille ſine ulla publica impenſa populo reſtituit.
Aduerſus cothum bella geſſit. ab eoq; mille & ducenta
talenta prede in publicum retulit. Cyzicum obſidione
liberauit. Ariobarzani ſimul cum Agelilaio auxilio

profectus est a quo cum loco pecuniam naturam accepisset ille ciues suos agro atq; urbibus augeri maluit q̄ id summere cuius partem domum suam ferre posset. Itaq; accepit Erichthonem & sextum. Id classis prefectus circumuehens peloponnesum laconicen populatus classe eorum fugauit. Corcy tam sub imperium atheniensium redegit. Sociosq; id adiunxit epirotas athamamas chao nes omnesq; eas gentes. que mare illud adiacent. Quo facto lacedemonii de diutina contentione destiterunt & sua sponte atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt. pacemq; his legibus constituerunt. Ut athenienses mari duces essent. que uictoria tante fuit athenis letitie. ut tum primum ars paci publice sint facte. etq; de puluinar sit institutum. cuius laudis ut memoria maneret Thimotheo publice statuam in foro posuerunt. qui honos huic uni ante id tempus contigit. ut cum patri populus statuam posuisset filio quoq; daret. Sic iuxta posita recens filii ueterem patris renouauit memoriam. hic cum esset magno natu & magistratus gerere descisset bello athenienses undiq; premi sunt cepti. defecerat samus desierat elespontos philippus. iam tum ualens macedo iam tum multa molebat. cui oppositus Chares cum esset non satis in eo presidii putabatur. fit in nesteus pretor filius hypocratis gener timothei & ut ad bellum proficiscatur. decem huic in consilium dantur duo usu sapientiaq; pstantes

xxx
quorum consilio uteretur. pater & socer. q̄ in his tanta erat auctoritas. ut magna spes esset per eos admissa posse recuperari. hic cum samum profecti essent & eodem chares illorum aduentu cognito cum suis copiis proficisceretur. ne quid absente se gestum uideretur. accidit. cū ad insulam appropinquaret. ut magna tempestas oriretur. quam euitare duo ueteres imperatores utile arbitratu suam classem suppresserunt. At ille temeraria usus ratione non cessit maiorum natu auctoritati & ut in sua nauis esset fortuna. quo contemnerat. peruenit. Eodēq; ut sequerentur ad Thimotheum & hipocratem nuntium misit. hinc male re gesta compluribus amissis nauibus eo unde erat profectus se recepit. litterasq; athenas publice misit. sibi proclue fuisse samum capere nisi a timotheo & hipocrate desertus esset populus acer suspicax ob eamq; rem mobilis aduersarius inuidus & iam potentie in crimen uocabantur. Domum reuocat accusantur proditoris. hoc iudicio damnatur timotheusq; eius estimatur. centum talentis. Ille odio ingratis ciuitatis coactus chalcidem se contulit. huius post mortem cum populam iudicii sui peniteret. multe noue partes detraxit & decem talenta cononem filium ei ad muri quamdam partem reficiendam iussit dare. In quo fortune uarietas est animaduersa. Nam quos au conon muros ex hostium preda patrie restituerat eisd nepos cum summa ignominia familie ex sua re familiari

reficere coactus est. Timothei autem moderate sapien-
tisq; uite complura possumus proferre testimonia
uno erimus contenti. quod ex eo facile conici poterit
q̄ carus suis fuerit. Cum athenis adolescentulus causa
diceret. non solum amici priuatiq; hospites ad eum
defendendum conuenerunt. sed etiam in eis Iason ti-
rannus qui illo tempore fuit omnium potentissimus
hic cum in patriam sine satellitibus se tutum non arbi-
traretur athenas sine ullo presidio uenit tantiq; ho-
spitem fecit ut mallet se capitis periculum adire q̄
timotheo de fama dimicanti deesse. hunc aduersus tñ
timotheus postea populi iussu bellum gessit. patrie
sanctiora iura q̄ hospitii esse dixit. hec extrema fuit
etas imperatorum athenensium. Iphicratis Chabrie
Timothei. neq; post illorum obitum quisquam dux
in illa urbe fuit dignus memoria. Venio nunc ad for-
tissimum uirum maximiq; consilii omnium barba-
rorum exceptis duobus carthagenensibus hamilcare
& hannibale de quo hec plura ferremus q̄ obscuriora
sunt eius gesta. pluraq; & ea que prospere ei cesserunt
non magnitudine copiarum. sed consilii quo tum omnes
superabat acciderunt. quorum nisi ratio explicata
fuerit. res appetere non poterunt.

Vita dathames.

DATHAMES patre camisare natione chare. matre
scythissa natus primum militum numero fuit.

XXXII
apud Artaxersem eorum qui regiam tuebantur. p̄r-
eius camisares qui & manu fortis & bello strenuus &
regi multis locis fidelis erat repertus habuit prouincia
partem cilicie iuxta capadociam quam colunt Leu-
cosyri datames militare munus fugiens primum qua-
lis esset apparuit in bello. q̄ rex aduersus candusios
gessit. Namq; hic multis milibus regionum interfectis
magni fuit eius opera. quo factum est cum in eo bello
cecidisset camisares paterna ei traderetur prouincia
pari se uirtute postea prebuit. Cum Auto phradates
iussu regis bello persequeretur eos qui defecerant. Nāq;
huius opera hostes cum castra iam intrassent. profligati
sunt. exercitusq; reliquus conseruatus regis est. qua
ex re maioribus rebus preesse cepit. Erat eo tempore
Thuis dynastes paphlagonie antiquo genere natus a phy-
lemene illo quem homerus troico bello a Patroclo inter-
fectum ait. Is regis dicto audiens non erat. q̄ ob eam
bello cum persequi constituit eiq; rei prefecit Dathamē
propinquum paphlagonis. Namq; ex fratre & sorore
erant nati quam ob causam Dathames primum expe-
riri uoluit. ut sine armis propinquum ad officium re-
duceret. Ad quem cum uenisset sine presidio. q̄ ab
amico nullas reuereretur insidias pene interiit. Nam
Thuis eum clam interficere uoluit. Erat mater cum
dathame amita paphlagonis ea quid ageretur rescit.
Filiumq; monuit. Ille fuga periculum euitauit belliq;

indixit Thui in quo cum Ariobarzane prefecto Lydie
& Ionia totiusq; phrygie desertus esset, nullo segnius
perseueravit uiuumq; Thui cepit cum uxore & liberis
cuius facta ne prius fama ad regem q̄ ipse perueniret
dedit operam. Itaq; omnibus insciis eo ubi rex erat uenit
posteroq; die Thui hominem maxime corporis terribilliq;
facie qd̄ & niger & capillo longo barbaraq; erat prolixa
optima ueste texit quam satrape regii gerere consueue-
rant ornauitq; etiam torques & armillis aureis ceteraq;
regio cultu ipse agresti duplici amiculo circumdatus hinc
taq; tunica gerens in capite galeam uenatoriam dextra
manu clauam sinistra copulam qua uictum ante se Da-
tium agebat ut si feram bestiam captam duceret que
omnes cum aspicerent propter nouitatem ornatus igno-
tamq; formam ob eamq; rem magnus esset concursus
fuit non nemo qui agnosceret Thui regiq; nuntiaret
primo non accredidit. Itaq; pharnabatum exploratum
misit. A quo ut rem gestam conperit statim admitti
iussit magnopere delectatus tum facto tum ornatu.
In primisq; nobilis rex in potestatem inopinanti uene-
rat. Ita magnifice Datamen donatum ad exercitum
misit qui tum contraheretur duce pharnabato & Thi-
traste ad bellum egyptium pari eum atq; illos imperio et
iussit. Postea uero q̄ pharnabatum rex reuocauit illi
summa imperia tradita hic cum maximo studio compa-
ret exercitum egyptumq; proficisci pararet subito a

XXXIII
rege sunt ei misse littere ut Aspin aggredereetur qui
cartaoniam tenebat que gens iacet supra Ciliciam con-
finis capadocie. Namq; Aspis saltuosam regionem castel-
lisq; munitam incolens non solum imperio regis non pa-
rebat sed etiam finitimas regiones uexabat. Et que regi
portarentur arripiebat. Datames & si longe aberat ab
his regionibus & a maiore re abstraheretur tamen regis
uoluntati morem gerendum putauit. Itaq; cum paucis
sed uiris fortibus nauem conscendit existimans qd̄ acci-
dit facilius se imprudentem parua manu oppressurum
q̄ paratum. quamuis magno exercitu hac delatus in Cili-
ciam excessus inde dies noctesq; iter faciens Taurum
transiit eoq; quo studuerat uenit. Querit quibus locis
sit Aspis agnoscit haud longe abesse profectumq; eum
uenatum quem dum speculatur aduentus eius causa co-
gnoscitur. Pisidas cum eis quos secum habebat ad resi-
stendum Aspis comparat. Id Datames ubi audiuit arma
sumit suosq; sequi iubet. Ipse equo concitato ad hostem
erat multitudo in principis Alexandri nomine taberna-
culum statuit in eoq; sellam auream cum sceptro ac diade-
mate iussit poni eoq; omnes quotidie conuenire ut ibi
de summis rebus consilia caperentur. credens minore
se inuidia fore si sp̄e imperii nominisq; simulatione Ale-
xandri bellum uideretur administrare quod & fecit.
Nam cum non ad Eumenis principia. sed ad regia.
conueniretur atq; ibi de rebus deliberaretur quodam
modo latebat. cum tamen per eum unum gererent
omnia hic impar etatis cum Antigono confluit nō
acie instructa. sed in itinere eumq; male acceptum in
mediam hyematum coegit redire. Ipse infinitima
regione persidis hyematum copias diuisit. non ut
uoluit. sed ut militum cogebat uoluntas. Namq; illa
phalanx Alexandri magni que Asiam peragrat
deuicerat q; persas inueterata tum gloria tum etiam

XXXXVIII
licentia non parere se ducibus. sed impare postulabat
ut nunc ueterani faciunt nostri. Itaq; periculum est
ne faciant. qđ illi fecerunt sua intemperantia nimiaq;
licentia ut omnia perdant. neq; minus eos cum quib;
steterint q̄ aduersus quos fecerint. Quis illorum
ueteranorum legat facta patria horum cognoscat
neq; rem ullam nisi tempus interesse iudicet. Sed ad
illos reuertar hyberna simplierant non ad usum belli
sed ad ipsorum luxuriam longe q; inter se dissenserant
hoc Antigonus cum comperisset. intelligētq; se parere
non esse parat aduersariis statuit aliquid sibi consilii noui
esse capiendum. Due erant uie qua ex medis ubi ille hie-
mabat ad aduersariorum hibernacula posset perueni-
ri. quarum breuior per loca deserta que nemo incole-
bat propter aque inopiam. Ceterum dierum erant
fere decem. illa autem qua omnes commeabant al-
tero tanto longiorem habebat anfractum. sed erat co-
piosa omniumq; rerum abundans. hac si proficisceretur
intelligebat prius aduersarios rescituros de suo aduentu.
q̄ ipse tertiam partem confecisset itineris. Sin per loca
sola contenderet. sperabat se imprudentem hostem
oppressurum. Ad hanc rem conficiendam impauit q̄
plurimos utris atq; etiam culeos compari. post hoc pa-
bulum cibaria cocta dierum decem. ut q̄ minime
fieret ignis in castris. Item quod habebat cel. omnes
celat. Sic paratus qua constituerat proficiscetur dimi-

chium fere spatium confecerat: cum ex fumo castrorū
eius suspitio allata est ad Eumenem hostem appropinq̄-
re conueniunt duces querere quid opus sit facto intelli-
gebant omnes tam celeriter copias ipsorum contrahi n̄
posse q̄ Antogonus affuturus uidebatur: hic omnibus ti-
tubantibus & de rebus summis desperantibus Eumenes
ait si celeritatem uelint adhibere & imperata facere
quod ante non fecerint se rem expediturum. Nam
quot diebus quinque hostis transisse posset se effecturum
ut non minus totidem dierum spatio retardaretur.
quare circumirent suas quisq; contraheret copias. Ad
Antigoni autem refrenandum impetum tale capit cō-
siliū. fidos certos mittit homines ad infimos montes
qui obuii erant itineri aduersariorum hisq; precepit
ut prima nocte q̄ laetissime possint ignis faciāt q̄
maximos atq; hos secunda uigilia minuant: terna p̄
exiguos reddant. Et assimilata castrorum consuetudi-
ne suspicionem inicianz hostibus his locis esse castra
ac de eorum aduentu esse prenuntiatum. Ideo poste-
ra nocte faciunt: quibus imperatum erat diligenter
preceptum curant. Antigonus tenebris obortus ignes
conspicatur: credit de suo aduentu esse auditum &
aduersarios illuc suas contraxisse copias. Mutat con-
siliū & quoniam imprudentem adoriri non posset
flectit iter suū & illum anfractum longiorem
copiose uie capit ibiq; diem unum operiretur ad las-

1
situdinē sedandam militum atq; reficienda iūta
quo integriore exercitū decerneret. hic Eumenes
callidum imperatorem uicit consilio celeritatemq; im-
pediuit eius neq; tamen multum profecit. Nam in
uidia ducum cum quibus erat perfidiaq; macedonū
ueteranorum cum superior prelio discessisset: Anti-
gono est deditus: cum exercitus ei ter ante separatis
temporibus iurasset se eum defensurum: neq; unq̄
deserturum. Sed tanta non nullorum uirtutis obre-
datio: ut fidem amittere mallent q̄ eum non p̄dere.
Atq; hunc Antogonus cum ei fuisset infestissimus cō-
seruasset si per suos esset licitum qd̄ ab nullo se plus ad-
iuari posse intelligebat in his rebus quas impendere
iam apparebat omnibus. Iminebant enim Seleucus
Lyfimachus Ptolomeus opibus iam ualentes cum q̄b;
ei de summis rebus erat dimicandum. Si non passi
sunt hi qui circa erant qd̄ uidebant Eumene recepto
omnis pre illo p̄ui futuros. Ipse autem Antigonus adō
erat incensus: ut nisi magna spe maximarum rerum
leniri non posset. Itaq; cum eum in custodiam de-
didisset & prefectus custodum quesisset quemadmo-
dum seruari uellet ut acerrimum inquit leonem
aut ferocissimum elephantum. Non dum enim
statuerat: seruaret eum nec ne ueniebat autem
ad Eumenem utrumq; genus hominum & qui per
odium fructum oculis & eius casu capere uellent

& qui propter ueterem amicitiam colloqui consola-
riq; cuperent multi etiam qui eius formam cognosce-
re studebant qualis esset quem tam diu tamq; ualde
timuissent cuius in perniciē positam spem habuisset
uictorie. At Eumenes cum diutius in uinculis esset
aut onomarcho penes quem summa imperii erat cu-
stodie se mirari quare iam tertium diem sic teneret
Non enim hoc conuenire Antigoni prudentie ut sic deu-
teretur uicto quando aut interfici aut missum fieri
iuberet hic cum ferocius onomarcho loqui uideretur
quid tu inquit animo sisto etas cur non in prelio conci-
disti potius q̄ in potestatem inimici uenires. huic Eu-
menes uanam quidem istud euenisset. Sed non eo
accidit q̄ nunquam cum fortiore sum congressus.
Non enim cum quoquā arma contuli quin is mihi suc-
cubuerit. Non enim uirtute hostium sed amicorum
perfidia decidi neq; id falsum. Nam & dignitate fuit
honestā & uiribus ad laborem ferendum firmus neq;
tam magno corpore q̄ figura uenusta. De hoc Antigo-
nus cum solus constitueret non auderet ad consilium
retulit. hoc cum primo perturbati admirarentur nō
iam de eo sumptum esse supplicium a quo tot anos
adeo essent malehabiti ut sepe ad desperationem fo-
rent adducti quiq; maximos duces interfecisset. De-
niq; in quo uno esset tamen tantum ut quoad ille uiue-
ret ipsi securi esse non possent interfecto nihil hūiri

24
negocii essent. Postremo si illi redderet salutem quere-
bant quibus amicis esset usurus se se enim apud Eume-
nē futurus. hic cognita consilii uoluntate tamen usq;
ad septimum diem deliberando sibi spatium reliquit.
Tu autem cum iam ueretur ne qua seditio exercitus
oriretur ueruit quemquam ad eum admitti & quo-
tidianum uictum remoueri iussit. Nam negabat se ei-
um allaturum qui aliquando fuisse amicus. hic non
amplius q̄ triduum fame fatigatus cum castra mouere-
tur insciente antigono iugulatus est a custodibus. Sic
Eumenes annorum quinq; & quadraginta cum ab aō
uigesimo ut supra ostendimus septem annos Philippo pa-
ruisset. Tredecim apud Alexandrum eundem locum
obtinuisset in his uni equitum ale profuisset post autē
Alexandri magni mortem imperator exercitus duxis-
set summosq; duces partim repulisset partim interfecis-
set captus non Antigoni uirtute sed macedonum per-
iurio talem habuit exitum uite in quo quanta fuerit
omnium hominum opinio eorum qui post Alexandri
magnum reges sunt appellati ex hoc facillime potest
iudicari qd̄ nemo Eumene uiuo rex appellatus est. sed
prefectus eidem post huius occasum statim regnum or-
natum nomenq; sumpserunt neq; qd̄ initio predicant
se Alexandri liberis regnum seruare prestare uoluerit
Et uno propugnatore sublato quid sentirent aperuerit
huius sceleris principes fuerunt ptolomeus sceleucus +

lismachus cassandrus / Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis eius sepeliendum tradidit. hi militari honesto funere comitante toto exercitu humauerunt ossaq; eius in capadociam ad matrem atq; uxorem libensq; eius deportanda curarunt

Vita phocyonis.

Phocyon atheniensis & si sepe exercitibus prefuit summusq; magistratus cepit tamen multo eius notior integritas uite q; rei militaris labor. Itaq; huius memoria est nulla. Illius autem magna fama. Ex quo cognomine Bonus est appellatus. fuit enim perpetuo pauper cum diuissimus esse posset propter frequentis delatos honores potestatesq; summas que ei a populo dabantur. hic cum a rege philippo munera magne pecunie repudiaret legatiq; hortarentur accipere simulq; admoueret si ipse his facile careret liberis tamen suis prospiceret. quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam. his ille si mei similes erunt idem hic inquit agellus illos alet qui me ad hanc dignitatem perduxit. Sin dissimiles sunt futuri nolo meis impensis illorum ali augeriq; luxuriam. ead cum prope ad annum octogesimum prospera peruenisset fortuna extremis temporibus magnum peruenit in odium suorum ciuium. Primo cum Demade de urbe tradenda Antipatro consenserat eiusq; consilio demosthenes cum ceteris qui bene de re. p. meriti existimabantur ple-

214
bescito in exilium erant expulsi. neq; in eo solum offenderat qd patrie male consuluerat: sed etiam qd amicitie fide non prestiterat. Namq; audis adiuutusq; a Demosthene eum quem tenebat ascenderat gradum cu aduersus carethem eum subornaret ab eode in iudiciis cum capitis causam diceret. defensus aliquotiens liberatus discesserat. hunc non solum in periculis non defendit sed etiam prodidit. Concidit autem maxime qd cum apud eum summum esset imperium populi: et Nicanorem cassandri prefectum insidiari piteo atheniensium a Dercillo moneretur eidemq; postularet ut prouideret ne com meatibus ciuitas priuaretur. huic audiente populo phocyon negauit esse periculum. seq; eius rei obside fore pollicitus est. Neq; ita multo post Nicanor piteo est potitus ad quem recuperandum cum populus armatus concurrisset ille non modo neminem ad arma uocauit: sed ne armatis quidem preesse uoluit sine quo athene omnino esse non possunt. Erant eo tempore Athenis due factiones quarum una populi cam agebat. Altera optimatum. In hac erat phocion & Demetrius phalerius harum utraq; macedonum patrociniis utebatur. Nam populares polipercunti fauebant optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a polipercunte cassandrus macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus statim duces aduersarie factionis capitis damnatos patria propulit. In his

Pocionem & Demetrium phalerium. Deq; ea re legatos
ad Polipercontem misit. qui ab eo peterent ut sua
decreta confirmaret. hoc eodem profectus est Pocion
quo ut uenit causam apud philippum regem uerbo
re ipsa quidem apud polipercontem iussus est dicere.
Namq; is tum regis rebus preerat. hic cum ab Agnone
accusatus qd; pireum Michanoni prodidisset & consi-
mili sententia in custodiam Athenas deductus est ut
ibi de eo legibus fieret iudicium. huc ubi peruetū
est cum per etatem pedibus iam non ualeret uehicu-
loq; portaretur magni concursus sunt facti. cum
alii reminiscentes ueteris fame etatis misererentur
plurimi uero ira exacerentur propter proditoris
suspicionem pirei maximeq; qd; aduersus populi
commoda in senectutem steterat. qua de re ne po-
randi quidem ei data est facultas & dicendi causam. In
iudicio legitimis quibusdam confectis damnatus tradit⁹
est undecim uiris quibus ad supplicium more athenie-
sium publice damnati tradi solent. Hic cum ad mote
duceretur obuius ei fuit. Eriphyletus quo familiariter
fuerat usus. Is cum lacrimans dixisset o q; indigna per-
peteris phocyon: huic ille. at non inopinata inquit. huc
enim exitum pleriq; clarū uiri habuerunt athenienses.
In hoc tantum fuit odium multitudinis ut nemo ausus
sit eum liber sepellire. itaq; a seruis sepultus est.

Vita thimoleonis.

219
Thymoleon corinthius sine dubio magnus omnium
iudicio hic uir extitit. Namq; huic uni contigit
quod nescio an ulli ut & patriam in qua erat natus op-
pressam a tyranno liberaret & a Syraculis quibus auxi-
lio erat inueteratam seruitutem depelleret totamq;
siciliam multos annos bello uexatam a barbarisq; oppri-
sam suo aduentu in pristinum restitueret. Sed in his
rebus non simplici fortuna conflictatus est & id quod
difficilius putabatur multo sapientius tulit secundam
q; aduersam fortunam. Nam cum frater eius Thimopha-
nes dux a corinthiis delectus tyrannidem per milites
mercenarios occupasset particepsq; regni posset esse
tantum abfuit a societate sceleris. ut ante tulerit euini
suorum libertatem fratris saluti & patrie legibus q; im-
perare patrie satius duxerit. hac mente per aruspice
communemq; affinem cui soror ex eisdem parentibus
nata nupta erat fratrem tyrannum interficiendum
curauit. Ipse non modo minus non attulit. sed ne aspi-
cere quidem fratrem sanguinem uoluit. Nam du-
res conficeretur procul in presidio fuit. ne quis satel-
les posset succurrere. Hoc preclarissimum eius factū
non pari modo prolatum est ab omnibus. Non nulli
enim lesam ab eo pietatem putabant. & inuidia laud
uirtutis otterebant. Mater uero post id factum. neq;
domum ad se filium admisit. neq; aspexit. quineum
fratricidam impiūq; detestans compellaret. quibus

rebus ille adeo est commotus ut non nunquam uite finē
facere uoluerit atq; ex ingratorum hominum conspe-
ctu morte decedere. Interim Dione Syraculis interfecto
Dionisius rursus Syracularum potius. cuius aduersarii
opem a corinthis petierunt ducemq; quo in bello ute-
rentur postularunt. huc Thymoleon missus incredi-
bili felicitate Dionisium tota sicilia depulit. Cum inter-
ficere posset noluit tutoq; ut corinthum perueniret
effecit qd' utrorumq; dionisiorum opibus corinthii
sepe aduerti fuerant. cuius benignitatis memoriam
uolebat extare eamq; preclaram uictoriam ducebat
in qua plus esset clementie q̄ crudelitatis. Postremo
ut non solum auribus acciperetur sed etiam oculis
cerneretur quem & ex quanto regno ad quam for-
tunam detrulisset post Dionisii decessum cum hecca-
ta bellauit qui aduersatus erat Dionisio quoniam nō
odio tyrannidis dissensisse sed cupiditatis inditio fuit
qd' ipse expulso Dionisio imperium dimittere noluit
hoc superato thymoleon maximas copias carthaginen-
sium apud Crinissum flumen fugauit ac satis habere
coegit si liceret africam obtinere quam complures
annos possessionem sicilie tenebant. Cepit etiam Ma-
mercum italicum ducem hominem bellicosum & poten-
tem qui tyrannos adiutum in siciliam uenerat quibus
rebus confectis cum propter diuturnitatem belli non
solum regiones sed etiam urbes desertas uideret con-

211
quisiuit quos potuit nouis bello uacue factas possessiones
diuisit urbium menia disiecta fanaq; deserta refecit ci-
uitatibus leges libertatemq; reddidit. Ex maximo bel-
lo tantum ocium toti insule conchavit ut hic conditor
urbium earum non illi qui initio deduxerant uideret
arxem syraculis quam munera Dionisius ad urbem
obsidendam a fundamentis disiecit. Cetera tyrannidis
propugnacula demolitus est deditq; operam ut q̄ minime
multa uestigia seruitutis manerent. cum tantis esset
opibus ut etiam inuitis imperare posset tm̄ autem amo-
rem haberet omnium siculorum ut nullo recusante
regnum obtineret maluit se diligi q̄ metui. Itaq; cū
primum potuit imperium deposuit ac priuatus syra-
culis quod reliquum fuit uite uixit. Neq; id imperite
fecit. Nam quod ceteri reges imperio potuerunt hic
beniuolentia tenuit. Nullus honos huic defuit neq; po-
stea res ulla syraculis gesta est publice de qua prius sit
decretum q̄ Thymoleonis sententia cognita. Nulli
unquam consilium non modo antelatum sed ne com-
patum quidem est. Neq; id magis beniuolentia factū
est q̄ prudentia. Hic cum etate iam prouectus esset
sine ullo morbo lumina oculorum amisit quam cala-
mitatem ita moderate tulit ut neq; eum querentem
quisquam audierit neq; eo minus priuatis publicisq;
rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum cū
ibi consilium populi haberetur propter ualitudinem

uectus iumentis iunctis atq; ita de uehiculo que uidebat
dicebat. Neq; hoc illi quisquam tribuebat superbie
nihil enim unquam neq; insolens neq; gloriosum ex
ore eius exiit. qui quidem cum suas laudes audiret
predicari nunquam aliud dixit q̄ in ea re maxime
dus agere gratias atq; habere quod cum siciliam recrea-
re constituissent. tum se potissimum ducem esse uo-
luisent. Nihil enim rerum humanarum sine deo-
rum numine geri putabat. Itaq; sue domi sacellum
Authomathias constituerat. idq; sanctissime colebat.
Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles ac-
cesserant casus. Nam prelia maxima natali suo die
fecit omnia quo factum est ut eiusdem natalem festu
haberet uniuersa sicilia. huic quidam lamistius homo
petulans & ingratus uachimonium cum uellet impo-
nere. quod cum illo se lege agere diceret. & complu-
res concurrissent qui procacitatem hominis manibus
cohercere conarentur. Thimoleon orauit omnes ne
id facerent. Namq; id ut lamistio & cuius liceret
se maximos labores summaq; aduise pericula. hanc
enim spem libertatis esse si omnibus quod quisq; uellet
legibus experiri liceret. Id cum quidam lamistii simi-
lis nomine Demenetus in contione populi de rebus
gestis eius detrabere cepisset. ac nulla inueheretur
in Thimoleonta dixit. Nunc demum se uoti esse
clamnatum. Namq; hoc a diis immortalibus semp

Ly
precatum. ut talem libertatem restitueret siracusanis
in qua cui uis liceret de quo uellet impune dicere. hic
cum diem supremum obiisset publice a siracusanis in
gymnasio qd̄ Thymoleonteum appellatur tota celebra-
te sicilia sepultus est. hi fere fuerunt grece gentis duces
qui memoria digni uidebantur preter reges. Namq;
eos attingere nolumus qd̄ omnium res geste sepatim
sunt relate. Neq; tamen hi admodum sunt multi. La-
cedemonius autem Agesilaus nomine non potestate
fuit rex sicut ceteri spartani. Ex his uero qui domi-
natum imperio tenuerunt. excellentissimi fuerunt
ut nos iudicamus persarum. Darius & Darius hyrptasi
filius. quorum uterq; priuatis uirtute regnum est ade-
ptus prior horum apud massagethas in prelio cecidit.
Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt pre-
terea eius generis Xerxes & duo Artaxerxes. Mactodne
& Memnon Xerxi maxime est illustre maximus post-
hominum memoriam exercitibus terra mariq; bellum
intulit grece. At Mactodne precipuam habet laude
amplissimeq; pulcherrimeq; corporis forme quam incre-
dibili ornauit uirtute belli. Namq; illo persarum neo
manu fuit ferocior. Memnon autem iustitie fama flo-
ruit. Nam cum matris sue scelere amisisset uxorem
tantum indulxit labori ut eum pietas uinceret. Ex
his duo eodem nomine morbo nature debitum reddide-
runt tertius ab Arthebano prefecto ferro interemptus e

Ex macedonum autem gente duo multo ceteros ante-
cesserunt rerum gestarum gloria philippus Amythe
filius & Alexander magnus horum alter Babylone
morbo consumptus est philippus thebis a pausanias
cum spectatum ludos iret iuxta theatrum occisus est
Vnus epimenes pirrus qui cum populo r. bellauit. Is cū
argos opidum oppugnaret in peloponesso lapide idē
interiit. Vnus item siculus Dionisius prior. Nam & ma-
na fortis & belli peritus fuit & id quod non facile
in tyranno reperitur minime libidinosis non luxu-
rius non auarus nullius deniq. rei cupidus nisi sin-
gularis perpetuiq. imperii. Ob eamq. rem crudelis. Na-
dum id studuit munire nullus pepercit uite quem
eius insidiatorem putaret. hic cum uirtute tyrannidē
sibi peperisset magna retinuit felicitate maiorq. enim
annos sexaginta natus decessit florente regno neq.
in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus
uidit cum ex tribus uxoribus liberos procreasset
multiq. ei nati essent nepotes. Fuerunt preterea
magni reges ex amicis Alexandri qui post obitum
eius imperia ceperunt in his Antigonus & eius filius
Demetrius Lysimachus Seleucus ptolomeus. Ex his
Antigonus in prelio cum aduersus Seleucum & Lysima-
cum dimicaret occisus est pari leto affectus est Lysimachus
a Seleuco. Namq. societate dissoluta bellum inter se
gesserunt. At Demetrius cum filiam suam Seleuco

in matrimonium dedisset neq. eo magis fida inter eos
amicitia manere potuisset captus bello in custodia socer
generi perit a morbo neq. ita multo post Seleucus a ptolomeo
ceano dolo interfectus est quem ille a patre
expulsum Alexandria aliorum opum indigentem
repperat. Ipse autem ptolomeus cum uiuis filio regni
tradidisset ab illo eodem uita priuatus dicitur. De
quibus quoniam satis dictum putamus non incōmo-
dum uidetur non pretereire hamilcarem & hanniba-
lem quos & magnitudine animi & calliditate omnis
in africa natos prestitisse constat.

ant. Vita hamilcaris.

Hamilcar hannibalis filius cognomine barcha car-
thaginensis primo punico bello. Sed temporibus
extremis admodum adolescentulus in sicilia preesse
cepit exercitui. Cum autem eius aduentu & mari &
terra male res gererentur carthaginensium. Vbi ipse
fuit nunquam hosti cessit neq. locum nostris dedit.
sepeq. e contrario occasione data lacessuit. semperq.
superior discessit. Quo facto cum pene omnia in sicilia
peru amississent ille ericem sic defendit ut bellum eo
loco gestum non uideretur. Interim carthaginenses
classe apud insulas Egatis a C. ludatio consule romano-
rum superati statuerunt facere belli finem eamq. re
arbitrio promiserunt hamilcaris. Ille & si flagrabat
bellandi cupiditate tamen paci seruiendum putauit

quod patriam exhaustam superius diutius calamitates belli
ferre non posse intelligebat. Sed ita ut statim mente
agitaret. si paulum modo res essent referre bellum re-
uocare romanosque armis persequi. donecum aut certe
uicisset aut uicti manus dedissent. hoc consilio pacem
conciliauit in qua tanta fuit ferocia. cum catulus nega-
ret bellum compositurum. nisi ille cum suis qui eryce
tenuerunt. armis relictis sicilia decederent. ut succum-
bente patria ipse periturum se potius dixerit. quam cum tanto
flagitio domum rediret. Non enim sue esse uirtutis anima
a patria accepta aduersus hostis aduersariis tradere huius
pertinacia cessit. At ille. ut cartaginem uenit. multo
aliter ac sperabat rem per se habentem cognouit. Namque
diuturnitate externi mali tantum exarsit intestinum
bellum. ut nunquam pari periculo fuerit. Carthago
nisi cum deleta est. Primo mercennarii milites qui
aduersus romanos fuerant. deseruerunt. Quorum nu-
merus erat xx milium. hi totam abalienarunt. africa
ipsam cartaginem oppugnarunt. quibus malis adeo
sunt peni perterriti. ut etiam auxilia a romanis pete-
runt. eaque impetrarunt. Sed extremo cum prope iam
ad desperationem peruenisset. hamilcarem imperato-
rem fecerunt. is non solum. hostis a muris cartaginis re-
mouit. cum amplius centum milibus facta essent arma-
torum. sed etiam eo compulit. ut locorum angustiis +
clausi plures fame quam ferro interirent omnia opida.

abalienata in his

abalienata in his uticam atque hipponem ualentissima totius
africe restituit patrie. neque eo fuit contentus. sed etiam
finis imperii propagauit. Tota africa tantum orum red-
didit. ut nullum in ea bellum uideretur multis annis fuis-
se. Rebus his ex sententia peractis fidenti animo atque in-
festo romanis quo facilius causam bellandi reperiret. effe-
cit ut imperator cum exercitu in hispaniam mitteretur.
Eoque secum duxit filium hamibalem annorum nouem.
Erat preterea cum eo adolescens illustris formosus As-
drubal. quem non nulli diligenter turpius quam par erat. ab hamil-
care loquebantur. Non enim maledici tanto uiro deesse
poterant. quo factum est. ut a prefecto morum Asdru-
bal cum eo uetaretur. esse hunc ille. filiam suam in matri-
monium dedit. quod moribus eorum non poterat. inter-
dici socer a genero. De hoc ideo mentionem fecimus. quod
hamilcare occiso ille exercitui prefuit. resque magnas ges-
sit. & princeps largitione uetustos peruertit mores
cartaginensium. eiusdemque post mortem hannibal
ab exercitu accepit imperium. At hamilcar postquam
mare transiit in hispaniamque uenit. magnas res secunda
gessit. fortuna maximas bellicosissimasque gentes subegit.
Equis armis. uiris. pecunia totam locupletauit. Africa
hic cum in italiam bellum inferre meditaretur. nono anno
postquam in hispaniam uenerat. in prelio pugnant ad-
uersus ueteones occisus est. huius perpetuum odium erga
romanos maxime concitasse uidetur. secundum bellum.

punicum. Namq; hannibal filius eius assiduis patris ob-
testationibus eo est perductus ut interire q̄ romanos
non experiri mallet

Vita hannibalis.

Hannibal hamulcaris filius cartthaginensis si uerū
& quod nemo dubitat ut populus .r. omnes gentes
uirtute superarit / non est inficiandum hannibalem p̄-
stitisse ceteros imperatores prudentia q̄to populus .r. an-
tecedat fortitudine cunctas nationes. Nam quotienscūq;
cum eo congressus in italia semper discessit superior q̄ n̄
domi cuium suorum inuidia debilitatus esset romanos
uideretur superare posse. Sed multorum obtrectatio
unius deuicit uirtutem. hic autem uelut hereditate
relictum odium paternum erga .ro. ^{hic} conseruauit / ut
prius animam q̄ id deposuerit. Qui quidem cum patria
pulsus esset & alienarum opum indigeret nunquam
animo desituerit animo bellare cum .ro. Nam ut
omutam philippum quem hostem reddidit / omnium
his temporibus potentissimus rex Antiochus fuit / huic
tanta cupiditate incendit bellandi / ut usq; a rubro ma-
ri arma conatus sit inferre italie. Ad quem cum legati
uenissent romani qui de eius uoluntate explorarent
darentq; operam consiliis clandestinis ut hannibalem
in suspicionem regi adducerent tanquam ab ipsis cor-
ruptum alia atq; antea sentire. Neq; id frustra fecisset
nisi id cum hannibal comperisset seq; ab interioribus

consiliis segregari uidisset tempore dato adit ad regem. Lvm
Eiq; cum multa de fide sua & odio in romanos comme-
morasset hoc adiunxit. Pater meus inquam hamulcar
puerulo me ut pote non amplius nouem annos nato in
hispaniam imperator proficiscens cartthagine ioui opti-
mo & maximo hostias imolauit. que diuina res dum
conficiebatur / quesiiuit a me uellem ne secum in castra
proficisci. Id cum libenter accepissem / atq; ab eo petere
cepissem ne dubitaret ducere / tum ille faciam inq; t
simibi fidem quam postulo / dederis. Simul ad aram
adduxit apud quam sacrificare instituerat eamq;
ceteris remotis tenentem iurare iussit / nunquam me
in amicitia cum romanis fore. Id ego uisurandum
patri datum usq; ad hanc etatem ita conseruauit / ut
nemini dubium esse debeat quin reliquo tempore
eadem mente sum futurus. Quare siquid amice de ro-
manis cogitabis imprudenter feceris si me celaris cum
quid bellum parabis te ipsum frustraberis / si non me
in eo principem posueris. hac igitur qua diximus eta-
te cum patre in hispaniam profectus est. cuius post obi-
tum Asdrubale imperatore suffecto equitatu omni
prefuit / hoc quoq; interfecto exercitus summam im-
perii ad eum detulit. Id cartthaginem delatum publi-
ce comprobatum est. Sic hannibal minor quinq; &
xx annis natus imperator factus proximo trienio
omnes gentes hispanie bello subegit. Saguntum.

federatam ciuitatem: ut expugnauit tres exercitus
maximos comparauit ex his unum in africam misit
alterum cum hasdrubale fratre in hispania reliquit
tertium in italiam secum duxit. Saltum pyreneum
transiit. Quacumq; iter fecit cum omnibus incolis con-
fluxit neminem nisi uictum dimisit. Ad alpes postea
q̄ uenit que italiam ab gallia seungunt qual nemo
unquam cum exercitu ante eum preter herculem gra-
uium transierat. Quo facto is hodie saltus grauius appel-
latur. Alpicoſ conantes prohibere transitu concidit. lo-
ca patefecit. itinera muniit. effecit ut ea elephantis
oneratis ire posset qua antea unus homo uix poterat
reperere. has copias traduxit in italiamq; peruenit.
confluxerat apud rhodanum cum p. cornelio Scipio-
ne consule eumq; pepulerat. cum hoc eodem clastidio
apud padum decernit sauciumq; inde fugatum dimit-
tit. Tertio id scipio cum collega Tiberio longo apud
trebiam aduersus eum uenit. cum his manum conse-
ruit utrosq; profligauit. Inde per lygures appennu-
num transit petens hetruriam. hoc itinere adeo gra-
ui morbo afficitur oculorum ut postea nunquam ce-
stro eque bene usus est. Qua ualitudine cum etiam
nunc premeretur lecticaq; ferretur. c. Flammium cō-
sulem apud Transimenum cum exercitu insidiis cir-
cumentum occidit. Neq; multo post. c. centenium
pretorem cum delecta manu saluis occupantem hinc

in apuliam peruenit sibi obuiam ei uenerunt duo con-
sules. c. terentius & l. emilius & utriusq; exercitus
uno prelio fugauit. Paulum consulem occidit. Et aliq̄
preterea consulares. In his. p. Seruilium geminum q;
superiore anno fuerat consul. hac pugna pugnata
romam profectus est nullo resistente in propinquis
urbis montibus moratus est. cum aliquot ibi dies castra
habuisset & reuerteretur capuam. Q. Fabius maximus
dictator romanus in agro falerno se ei obiecit. hic clau-
sius locorum angustiis noctu sine ullo detrimento exer-
citus se expediuit. Fabio callidissimo imperatori dedit
uerba. Namq; obducta nocte sarmenta in cornibus
iuuencorum deligata incendit eiusq; generis multitu-
dinem magnam dispersatam immisit. Quo repentino
obiectu uiso tantum terrorem iniecit exercitui roma-
norum ut egredi extra uallum nemo sit ausus. hanc
post rem gestam non ita multis diebus. M. Numitium
ruffum magistrum equitum pari ac dictatore impio-
dolo productum in prelium fugauit Tiberium Sempro-
num graccum iterum consulem in lucanus absens in
insidias inductum sustulit. M. claudium marcellum
quinques consulem apud uenuliam pari modo inter-
fecit. Longum est enumerare prelia. Quare hoc unū
satis erit dictum ex quo intelligi possit. quantus ille
fuerit q̄ diu in italia fuit nemo ei in acie restitit.
Nemo aduersum eum post cannensem pugnam in

in campo castra posuit. hic inuidus patriam defensū
reuocatus bellum gessit aduersus p. Scipionem quem
ipse primo apud Trebiam fugarat. cum ho exhaustis
iam patrie facultatibus cupiuit in presentiarum bellū
componere quo ualentior postea congredereatur. In
colloquium conuenit. conditiones non conuenerunt.
Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem
confluxit. pulsus incredibile dictu biduo & duabus
noctibus hasdrumentum peruenit. qđ abest a zama
circiter milia passus trecenta. In hac fuga numide qui
simul cum eo ex acie excesserant. insidiati sunt ei. qđ
non solum effugit. sed etiam ipsos oppressit. hasdrume-
ti reliquos ē fuga collegit nouis delectibus paucis diebus
multos contraxit. Cum in apparando acerrime esset
occupatus carthaginienses bellum cum romanis compo-
suerunt. Ille nihilo setius exercitui postea preuit resq.
in africa gessit. Itemq. Mago frater eius usq. ad P. sul-
pitium & C. Aurelium consules. hic enim magistra-
tibus legati carthaginienses romam uenerunt. qui se-
natui populoq. r. gratias agerent. qđ cum his pacem
fecissent. ob eamq. rem corona aurea eos donarent.
simulq. peterent. ut obsides eorum fregellis essent. ca-
ptiui q. redderentur. his ex senatus consulto responsum
est munus eorum gratum acceptumq. esse. obsides q.
loco rogarent futuros. captiuos non remissuros. qđ han-
nibalē cuius opera susceptum bellum foret inimicissimū

Lx
nomini. ro. & nunc cum imperio apud exercitum ha-
berent. Itemq. fratrem eius Magonem. hoc responso
carthaginienses cognito hannibalem domum & Ma-
gonem reuocarunt. huc ut rediit pretor factus est
postquam rex fuerat anno secundo & uicesimo. Ut ēi
rome consules. sic carthagine quotannis annui bini.
reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se
hannibal prebuit. ac fuerat in bello. Namq. effecit ex
nouis uectigalibus non solum ut esset pecunia q. que
romanis ex federe penderetur. sed etiam superesset
que in erario reponeretur. Deinde āno post preturam
M. claudio. L. furio consulibus romani legati carthagi-
nem uenerunt. hos hannibal ratus sui exposcendi
gratia missos prius q. his senatus daretur. nauem ascen-
dit clam atq. in Syriam ad Antiochum profugit. hac re-
palam facta peni naues duas que eum comprehenderēt
si possent consequi. miserunt. bona eius publicarunt.
domum a fundamentis disiecerunt. ipsum exilē iudi-
carunt. At hannibal anno tertio postquam domo p-
fugerat. L. cornelio. Q. minutio consulibus cum qnq.
nauib. africam accessit in finibus cyreneorum. si for-
te carthaginienses ad bellum antiochi spe fiducia q.
cui iam persuaserat ut cum exercitibus in italiam pro-
ficisceretur. huc Magonem fratrem exciuit. Id ubi
peni rescuerunt. Magonem ead. qua fratrem absen-
tem pena affecerunt. Illi desperatis rebus cū soluisset

naues ac uela uentis dedissent. hannibal ad Antiochum
peruenit De Magonis interitu duplex est memoria.
Namq. alii naufragio alii seruulis ipsius interfectum eū
scriptum reliquerunt. Antiochus autem si tam in agēdo
bello consiliis eius parere uoluisset q̄ in suscipiendo in-
stituerat propius tiberi q̄ Thermpylis de summa impe-
rii dimicasset. quem & si multa stulte conari uidebat
tamen nulla deseruit in re. profuit paucis nauibus
quas ex syria iussus erat in asiam ducere. Isq. aduersus
rhodiorum classem in pampilio mari confluit. quo
cum multitudine aduersariorum sui superarentur.
ipso quo cornu rem gessit. fuit superior. Antiocho
fugato ueres ne dederetur qd̄ sine dubio accidisset
si sui fecisset potestatem cretam ad cortinios puenit.
ut ibi quo se conferret. consideraret. Vidit autem uir
omnium callidissimus magno se fore periculo nisi
id prouidisset propter auaritiam cretensium. ma-
gnam enim secum pecuniam portabat. de qua sciebat
exisse famam. Itaq. capit tale consilium. Amphoras
complures implet plumbo summas operit auro &
argento has presentibus principibus deponit in tēplo
diane simulans se suas fortunas illorum fidei credere.
his in errorem inductis statuas eneas quas secum por-
tabat omnes sua pecunia complet. easq. in propatulo
domi abicit Cortinii templum magna custodiunt
cura non tam a ceteris q̄ ab hannibale ne ille insciētib

lxix
his tolleret. secumq. duceret. Sic conseruatis suis rebus
penus illulis cretensibus omnibus ad prusiam in pontū
peruenit apud quem eodem animo fuit erga italiam
neq. aliud quicquam egit q̄ regem armauit & exercuit
aduersus romanos quem cum uideret domesticis opibus
esse robustum ceteros reges adiungebat. bellicosas na-
tiones. dissidebat ab eo pergamenus rex Eumenes ro-
manis amicissimus bellumq. inter eos gerebatur & ma-
ri & terra quo magis cupiebat eum hannibal opprimi
Sed utrobq. Eumenes plus ualebat propter romano-
rum societatem quem si remouisset faciliora sibi cetera
fore arbatratur. Ad hunc interficiendum talem
iniit rationem classe paucis diebus erant certaturi.
superabatur nauum multitudine. dolo erat pugnan-
dum cum par non esset armis. impauit q̄ plummas
uenenatas serpentes uiuas colligi. easq. in uasa fictilia
conici. harum cum fecisset magnam multitudinem
die ipso quo facturū erat nauale prelium classarios
auocat. In hisq. precepit omnes ut in unam Eumenis
regis concurrant nauem a ceteris tm̄ satis habeant
se defendere. Id illos facile serpentum multitudine
consecuturos. Rex autem in qua naue ueheretur.
ut scirent se facturum quem si aut cepissent. aut
interfecissent magno his pollicetur premio fore.
Tali cohortatione militum facta classis ab utrisq. in
prelium deducitur. quarum acie constituta prius q̄

signum pugne daretur. hannibal ut palam faceret
suis quo loco Eumenes esset. tabellarium in scafa cum
caduceo mittit. qui ubi ad naues aduersariorum per-
uenit epistolamq. ostendens se regem professus est. que
re statim ad Eumenum deductus est. qd nemo dubi-
tabat quin aliquid de pace esset scriptum. Tabellarius
ducis naue declarata suis. eodem unde erat egressus
se recepit. At Eumenes soluta epistola nihil in ea rep-
perit. nisi quod ad eum irridendum pertineret. Cuius
causam mirabatur. neq. reperiebatur. tamen plium
statim committere non dubitauit. horum in cursu bi-
thinii hannibalis precepto uniuersi nauem Eumeis
adoruntur. quorum uim rex cum sustinere non
posset fuga salutem petit. quam consecutus non eet
nisi intra sua presidia se recepisset. que in proximo
litore erant collocata. Relique pergamene naues cu
aduersarios premerent acrius repente in eas uasa fidi-
lia de quibus supra mentionem fecimus. conici cepta
sunt. que iacta initio risum pugnantibus concitarunt.
nec quare id fieret poterat intelligi. Postquam aut
naues completas conspexerunt serpentibus noua re-
perterriti. cum quid potissimum uitaerent. non ui-
derent. puppes auerterunt. seq. ad sua castra nautica
retulerunt. sic hannibal consilio arma pergamenoru
superauit. Neq. tamen solum. sed sepe alias pedestribus
copiis pari prudentia pepulit aduersarios. que dum

Lxxi
in asia geruntur accidit casu ut legati prusie rome ap-
L. quintum flammium consularem cenarent atq. ibi
de hannibale mentione facta. ex his unus diceret eum
in prusie regno esse. Id postero die flammius senatu
detulit. Patres conscripti qui hannibale uiuo nunqua
se sine insidiis futuros existimarent. legatos in bithy-
niam miserunt. In his flammium qui ab rege peteret
ne inimicissimum suum secum haberet. sibiq. dederet
his prusia negare ausus non est. Illud reculauit ne id
a se fieri postularent. quod aduersus ius hospitii esset.
Ipsi si possent. comprehenderunt. locum ubi esset faci-
le. inuenturos. hannibal ei uno loco se tenebat in castel-
lo quod ei a rege datum erat. muner. idq. sic edificarat
ut in omnibus partibus edificii exitum sibi haberet.
sed uerens ne usi ueniret quod accidit. cum hic legati
romanorum uenissent. ac multitudine domum eius
circumdedissent. puer ab ianua prospiciens hannibali
dixit plures preter consuetudinem armatos apparere.
qui impauit ei ut omnes fores edificii circumirent.
ac propere sibi nuntiaret. num eodem modo undiq.
oblideretur. Puer cum celeriter quid esset nuntiasset.
omnesq. exitus occupatos ostendisset. sensit id non for-
tuito factum. sed se peti. neq. sibi diutius uitam esse re-
tinendam. quam ne alieno arbitrio dimitteret memor
pristinorum uirtutum. uenenum quod semper secum
habere consueuerat. sumpsit. Sic uir fortissimus multis



uariisq; perfundtus laboribus anno acq̄ieuit septua-
gesimo. quibus consulibus interierit non conuenit
Namq; Aeticius. M. claudio Marcello. Q. fabio labeone
consulibus mortuum in annali suo scriptum reliquit
At polybius Emilio paulo. M. bebio pamphilio. Sul-
picius autem Blato. p. cornelio cethego M. bebio. Atq;
hic tantus uir tantisq; belis districtus non nihil tempōis
tribuit literis. Namq; aliquot eius libri sunt greco ser-
mone confecti. In his ad rhodios de Enni manilii uolo-
nis in asia rebus gestis huius belli gesta multi memorie
prodiderunt. Sed ex his duo qui cum eo in castris fuerit
simulq; uixerunt q̄d̄u fortuna passa est. Syllenus & So-
sillus lacedemonius. atq; hoc sosyllo hannibal literaru
grecarum usus est doctore. Sed nos tempus est huius li-
bri facere finem & romanorum explicare impatores
quo facilius collatis utrorumq; factis qui uiri p̄feredi
sint possit iudicari. *Finis Emilij Probi De excellen-
tibus duabus exercitibus Scipionis et Hannibalis.*

¶ *Versus Emilij Probi*

Vade liber noster. fato meliore memento
cum leget hec dominus te sciat esse meum
Ne metuas filio strictos diademate crines
Ridentes blandum ul pietate oculos
Cōm cunctis hominem. sed regna tenere
De meminit. uincat hīc magis ille hōies
Ornetur sterilis fragili tectura libelli

Theodosio & doctis carmina nuda placent
Si rogat auctorem paulatim detege nostrum
Tunc domino nomen me sciat esse probum
Et corpore in hoc manus est genitricis auq; meiq;
Felices dominum que meruere manus,
Finis

Lxx



Ex Bibliotheca Mathie Corning,
New York